

Caius Manilius aduersus Etruscos uulnerato collega Fabio / qui sinistrum cornu ducebat et ob id parte cedente q̄ etiam occisum crederent consulē: cum turmis equitum occurrit clamitans et collegam uiuere / et se dextro cornu uicisse. Qua constantia reintegratis animis suorum uicit.

Marius aduersus Cymbros et Teuthonos cū metatores eius per imprudētiam ita castris locum cepissent ut sub potestate Barbarorū esset aqua: flagrantibus eam suis digito hostē ostēdens. Illinc inquit perēda ē: Quo instinctu affectus ē ut protinus Barbari tollerent. Titus labienus post pharalicam pugna cum uictis partibus dirrachium refugisset / miscuit uera falsis et non celato exitu pugnae aequatam partium fortunam graui uulnere Caesaris finxit. Et hac simulatione reliquis pompeianarū partium fiducia fecit. Marcus Cato cum ambraciam eo tempore quo sociarū naues ab Etholis oppugnabant imprudēs uno lembo apulisset quāq̄ nihil secum p̄sidii haberet / cepit signum uoce gestuq̄ dare: quo uideret subsequētēs suorum naues uocare. ea asseueratione hostem terruit tanq̄ plane appropinquarent / qui quasi ex proximo citabant. Etholi ne aduentu Romanarū classis opprimerent / reliquerunt oppugnatione.

De restituēda p̄ constantiam acie. Cap. viii.

Eruus Tullius adolescēs praelio quo Tarquinius Rex aduersus Sabinos confligit: signiferis segnius dimicantibus: raptum signū in hostē misit. cuius recipiēdi gratia Romani ita ardētē pugnarunt ut signum et uictoriam rettulerint. Furius agrippa consul cedente cornu signum militare ereptum signifero in hostes hemicos et aequos misit: quo facto eius praelium restitutum ē. Summa enim alacritate Romani ad recipiēdum signum incubuerunt. T. Quintius Capitolinus consul signum in hostes phaliscos eiecit militesq̄ id reperere iussit. Marcus Furius Camillus trib. mil. conf. pot. cunctante exercitu arreptum signum in hostes Volscos et Latinos traxit, ceteros puduit non sequi. Saluius pelignus bello Persico idē fecit. Q. Furius auerso exercitu cum occurrisset affirmavit non recepturum se in castra quēq̄ nisi uictorē: reductisq̄ in acie uictoria potitus ē. Scipio apud Numantiam cū auersum suū uideret exercitū: pronūciauit sibi pro hoste futurū quōsq̄ in castra redisset. Fuluius priscus dictator cum signa legionū ferri in hostes phaliscos iussisset signiferū cūctatē occidi ipauit: quo exēplo p̄territi hostē inuaserunt. Tarquinius aduersus Gabinios cūctates eq̄tes detractis frenis: cōcitatissq̄ eq̄s procurrere et prorumpere acie iussit. Q. Attilius consul bello Sānitico ex acie refugietibus in castra militibus acie suorū opposuit: affirmās secū et cū bonis ciuibus dimicaturus eos: nisi cū hostibus maluissent: ea rōne uniuersos in acie reduxit. Lucius Sylla cedētibus iā legiōibz exercitui mythryatico

ductu Archelai stricto gladio in primā acie procurrit: appellāsq̄ milites dixit: si quis quassisset ubi iperatore reliquissent responderet pugnantem / in boetia: cuius rei pudore uniuersi eū secuti sunt. Diuus Iulius ad mundam suis referentibus pedem equū suum abduci a conspectu suo iussit et in primam acie pedes prosiluit. milites dum destituere imperatore erubescunt reintegratū praelium. Philippus ueritus ne impetū scytharum sui nō sustineret fidelissimos equitū a tergo posuit: praecepitq̄ ne quē cōmilitonum ex acie fugere paterent: p̄seuerātus abeuntes trucidaret: Quā denunciatione cum fecisset: ut etiā umidissimi mallēt ab hostibus q̄ a suis iustitici uictoriam acquisiuit.

Quae post plium agēda sunt si res prospere cesserint et de confirmādis reliquis belli. Cap. ix

Aius Marius uictis praelio Teutonibus reliquias eorum / quia nox circūuenerat circūsedēs sublatis subinde clamoribus p̄pauos suorum territauit: in somnēq̄ hostē detinuit: ex eo consecutus ut postero die irrequietū facilius debellaret. C. Nero uictis p̄mis quos Hasdrubale duce in Italiā ex hispania traiciētēs excepat caput Hasdrubalis in castra Hannibalis eiecit: quo factū ē ut et Hānibal luctu: Nā frater occisus erat / et exercitus desperatione aduētantis praesidii affligeret. Lucius Sylla his qui praesente obsidebantur occisorum in praelio ducū capitula hastis praefixa ostēdit: atq̄ ita obstinatorum peruicaciam fregit. Arminius dux Germanorū capita eorum quos occiderat similiter praefixa ad uallū hostiū admoueri iussit. Domitius Corbulo cū Tigranocertā obsideret et armeni p̄tinaciter uideret tolerare obsidionē in quēdā ex magestanis quos cepat aduertit: caputq̄ eius balista excussum itra munimēta hostiū misit: id forte decidit in mediū cōciliū: Quod cū maxime habebāt Barbari. ad cuius conspectū uelut ostēro cōsternati ad deditionē festina uerūt. Hermocrates Syracusanus supatis acie Carthaginēsis ueritus ne captiui quorū ingētē manū in potestate redegerat parū diligētē custodirent: quod uētus dimicationis in epulas et securitatē cōpellere uictores poterat finxit proxima nocte equitatū hostilē uēturū. Qua expectatione assequutus ē ut solito attētius uigiliae agerent. Idē rebus p̄spe gestis et ob id resolutis suis in nimiam securitatē somnoq̄ et mero p̄ssis in castra transfuga misit dispositas et ubiq̄ a Syracusanis insidias: quarū metu recepit acie illi cū aduētarēt p̄secuti acie in fossas deciderūt / et eo modo uicti sunt.

De aduersis emendandis si res duritius cedi. Cap. x.

Itus Didius in hispania cum acerrimo praelio conflixisset quod nox diremerat / magno numero utrinq̄ cesso / complura suorum corpora atra nocte sepelienda curauit. Hispani postero die ad

simile officium progressi: quia plures ex ipsorum numero quam ex Romanis cesos repperant uictos se esse secundum eam dinumerationem argumetati ad conditiones imperatoris descenderunt. Martius eques Romanus qui reliquus exercitus duorum Scipionum praefuit cum in propinquo bina castra paucorum milibus passuum distarent cohortatus milites proxima castra in tenebris nocte adortus est cum hostem uictoriae fiducia incompotum aggressus: ne nuncios quidem cladis reliquisset breuissimo tempore militi ad requiem dato: eadem nocte raptim famam rei geste progressus. altera eorum castra inuasit. Ita bis simili usus est euentu deletis utrobique: penitus amissas populo Romano hispanias restituit.

De dubiorum animis in fide retinendis. Cap. xi.

Vblus Valerius epidaurius timens oppidanorum praesidium quia parum praesidii habebat gymnicos ludos procul ab urbe apparuit. Quo cum omnis fere multitudo spectandi causa exisset clausit portas, nec in eas admisit: Epidaurios quoad obsides a principibus accipiet. Caius Pompeius cum suspectos haberet Catinenses et uerere ne praesidium non reciperet petiit ab eis ut egros iterum apud se refici paterentur: fortissimis deinde habitu languentium missis ciuitate occupauit continuit. Alexander deuicta perdomitaque thracia petens Asiam ueritus ne post ipsius discessum sumeretur arma reges eorum praefectosque et omnes quibus uidebatur in esse cura detractae libertatis uelut secum honoris causa traxit: ignobilibus autem relictis plebeios praefecit: consecutus uti principes beneficiis eius obstricti nihil nouare uellent: plebs uero ne posset quidem spoliata principibus. Antipater conspecto priore necessariorum exercitu qui audita morte Alexandri ad infestandum imperium eius confluerant dissimulans scire se qua mente uenissent gratias his egit: quod ad auxilium ferendum Alexandro aduersus Lacedaemonios conuenissent: adiecitque regi a se scriptum. Caterum ipsos quia sibi opera eorum in praesenti non esset necessaria abirent domos ortatus est et hac asseueratione piculum quod ex nouitate rerum iminebat discussit. Scipio Africani in hispania cum inter captiuas eximia formae uirgo alias et nobilis ad eum perducta esset: quae omnium oculos in se conuerteret summa custodia habita: sponso nomine Luceio reddidit. in superque aurum quod parietes eius redempturam captiuam donum Scipioni attulerat eidem sponso pro nuptiali gratia restituit. uniuersa gens uicta imperio populi Romani accessit. Alexandrum Macedonem quoque traditum est eadem pulchritudinis uirginem: quae captiua cum finitimae gentis principi fuisset desponsata summa abstinentia ita pepcisse ut illam ne aspexerit quidem. Quae mox ad sponsum remissa uniuersae gentis per hoc beneficium animos conciliauit sibi. Imperator Caesar augustus eo bello quo uictis hosti-

bus cognomen Germanici meruit: Cum in finibus galliarum castella poneret pro fructibus eorum quae uallo comprehendebat praecipuum solui iussit: atque ea iustitia fama omnium fide constrinxit.

Quae facienda sunt pro castris si satis fiducia in praesentibus copiis non habemus. Cap. xii.

Itus Quintius consul cum Volsci castra eius aggressuri forent cohortem tantum non in statione detinuit: reliquum exercitum ad quietendum dimisit. aeneatoribus praecipit ut uallum insidentes et quis circumirent concineretque. Quae facie et simulatione cum et propulsi esset et detinisset per totam noctem hostes ad lucis exortum: fessos uigilia replete facta eruptione facile superauit. Quintus Sertorius in hispania equatu maxime impar: qui usque ad ipsas munitiones nimia fiducia succedebat: nocte Scrobes aperuit et ante eas aciem direxit: cum demum turmas secundum consuetudinem redire uellet pronunciauit comperisse insidias ab hostibus dispositas. Idcirco ne discederent a signis neue laxarent agmen. Quod cum soluere ex disciplina fecisset: exceptus forte ueris insidiis: quia praedixerat in territos milites habuit. Chares dux Atheniensium: cum expectaret auxilia et uerere ne interea contemptu praesentis paucitatis hostes castra eius oppugnarent: complures ex eis quos habebat per aduersam partem nocte missos iussit quae praecipue conspicui forent hostibus redire in castra: et accedentium uariarum uinum specie praebere. atque ita simulatis auxiliis tutatus est donec instrueret expectatis. Hyphicrates Atheniensis: cum campestribus locis castra haberet: explorasset Thracum ex collibus per quos unus erat descensus: nocte ad diripienda castra uenturos clam duxit exercitum: et in utroque uiae latere: per quam transitori erant Thracum distributum collocauit: hostesque decurrentem in castra: in quibus multi ignes per paucorum curam instituti specie manentis ibi multitudinis seruabant: a lateribus adortus oppressit.

De effugiendo. Cap. xiii.

Alli pugnaturi cum Attalo aurum omne et argentum certis custodibus tradiderunt. Quibus si acie fugissent parcere: quo facilius colligenda praedam hostem impeditum effugerent. Trifon syria rex uictus per totum iter fugiens pecuniam sparsit eique insectadae Antiochi equites moratus effugit. Quintus Sertorius pulsus acie a Quinto Metello pio ne fugam quidem sibi tutam arbitratus milites dispersos abire iussit admonitos in quem locum uellet conuenire. Viriatus dux Lusitanorum copias nostras locorumque iniquitate euasit eadem qua Sertorius ratione sparso exercitu deinde collecto. Horatius Cocles urgente Porsonae exercitu iussit per potestatem suos redire in urbem: eumque ne casu seque hosti intercidere. Quod dum efficitur in capite eius propugnator ipse insequentes

detinuit. Audito deniq; fragore pontis abrupti deiecit se in alueum: eūq; non armis sed uulneribus oneratus transnauit. Aphranius in hispania ad Ilerdam cum Casarem fugeret instāte eo castra posuit cum idē Casar fecisset et pabulatum suos dimisisset ille signum repente itineri dedit.

Antonius cum ex parthis sibi instantibus reciperet exercitum et quorū prima luce moueret totiens urgētibus barbarorum sagittis infestare: ab euntium agmen in quintā horā continuit: suisq; fidē constātiore fecit. Qua psuasione digressis inde Parthis iustū iter reliquo die sine interpellatione confecit. Philippus in Epyro ueritus ne fugiētem eum Romani pmerent inducias ad sepeliendos illic qui cesi erant impetrauit: et ob id remissionibus custodibus euasit. Nero Claudius nauali plio supatus a Penis cum p hostrium psidia necesse haberet erūpe reliquas uiginti naues tanq; uictrices iussit ornari: atq; ita Peni exstimantibus superiores fuisse acie nostros terribilis excessit. Peni classe supati quia instantem auerte re Romanū studebant simulauerūt in uada naues suas icidisse: a uentisq; mutari effecerunt ut uictor eorum timens casum spatium ad euadēdum daret. Cominius Atrabas cum uictus a diuo Iulio ex Gallia in Britaniā fugeret et forte ad oceanum secundo uēto quidē sed æstu recedēte uenisseti quāuis naues in siccis littoribus haberet pādi nihilominus uela iussit. Quē cū psequēs Casar ex longinquo tumētia et flatu plena uidisset / ratus prospō sibi eripi cursu recessit.

Sexti Iulii Frontini Strategematon Liber tertius.

I PRIORES Libri respōderūt titulis suis et lectorē huc usq; cum attētiōne pduxerunt / eadē nunc circa oppugnationes urbium defensionēq; Strategemata / nec morabor ulla plocutione: prius traditurus quā oppugnandis urbibus usui sunt tum quā obsessos instruere possint. Depo-

fitis autē operibus et machinamētis / quorū expleta iam pridem inuētiōne nullam uideo ultra artium materiam has circa expugnatiōes species strategematis fecimus.

De Repentino impetu.	Cap. i.
De Fallendis iis qui obsidebuntur.	Cap. ii.
De Elicendis ad prodicionem.	Cap. iii.
Per Quā hostes ad inopiam redigantur.	Cap.iiii.
Quēadmodū psuadeat obsidionē pmāsuram.	Cap. v.
De Destructione psidiorum hostrium.	Cap. vi.
De Fluminum deriuatione et uitiatione aquarum.	Cap. vii.
De Iniiciendo obsessis pauore.	Cap. viii.
De Irruptione ex diuersa parte q̄ expectamus.	Cap. ix.

De insidiis per quas eliciantur obsessi.	Cap. x.
De simulatione regressus.	Cap. xi.
De excitanda cura suorum.	Cap. xii.
De emittēdo et recipiendo nuncio.	Ca. xiii.
De introducēdis auxiliis et cōmeatibus.	Ca. xiiii.
Quēadmodū efficiat ut habūdare uideant quā deerūt.	Cap. xv.
Qua ratione proditoribus et transfugis occurratur.	Cap. xvi.
De eruptionibus.	Ca. xvii.
De constantia obsessorum.	Ca. xviii.

De Repentino impetu Cap. i.

Vintius consul uictis acie equis et uolsis / cum Antium oppidū expugnare statuisset ad concionem uocato exercitu exposuit q̄ id necessarium et facile eēt / si non differetur aggredi. eoq; impetu quem exhortatio concitauerat / aggressus ē urbem. Marcus Caro animaduertit in hispania potiri se quodam oppido posse si inopināte uideret: Quatridui itaq; iter biduo p confragosa et deserta emensus nihil tale metuēs oppressit hostes: uictoribus deinde suis causam tā facilis e uētus requirentibus dixit tum illos uictoriam adeptos cum quatridui iter biduo arriperunt.

De fallendis iis qui obsessi sunt. Cap. ii.

Omitius Caluinus cum obsideret lucam oppidū ligurū nō situranti et opibus uerū ēt oppugnatōrū psantia tutū circūiri / uros frequēter oibus copiis instruit eadēq; reducere ad castra.

Qua cōsuetudine inductis ita oppidanis ut crederēt exercitationis id gratia facere Romanū / et ob hoc nihil ab eo conatu cauētibus / morē illū obambulandi in subitum direxit impetum / occupatisq; mōnibus exp̄ssit illud quod se ipsos dederent et oppidum. Caius Duillius consul subide exercēdo milites remigesq; consecutus ē / ut securis carthaginēsis usq; ī id tēpus inoxiā consuetudinis subito admota classē murū occuparet. Hānibal in Italia multas urbes cepit cū Romanorū habitu quosdā suorum ex longo belli usu latine quoq; loquētes prēmitteret. Archades messe niorum castellū obsidētes factis quibusdam armis ad similitudinē hostilium / eo tēpore quo successura alia psidia his explorauerūt: Instructi eorū q̄ expectabant ornatu admissiq; p hūc errore ut socii possessionē loci cū strage hostium adepti sunt. Cimon dux Atheniēsiū / in Caria isidiatus cuidam ciuitati religiosum incolis tēplum Dianā locūq; qui extra muros erat noctu improuisus incēdit / effususq; opidanis ad opem aduersus ignes ferēdam uacuum defensoribus cepit urbem. Alcibiades dux Atheniensium / cum ciuitatem Agrigētiorū egregie munitam obsideret petito ab

eis concilio diu tãq̄ de rebus ad cõmune p̄nicipibus disertit in theatro; ubi ex more grecorum locus consultationi p̄bebatur. dũq̄ consiliũ specie tener multitudinẽ Atheniẽses quos ad id p̄parauerat in custoditam urbẽ ceperũt. Epaminundas thebanus in archadia die festo effuse extra menia uagantibus hostium feminis plerosq̄ ex militibus suis muliebri ornatu imiscuit/qua simulatione illi intra portas sub nocte recepti ceperũt oppidũ/et suis appuerunt. Aristippus Lacedemonius festo die tegeatarũ quo omnis multitudo ad celebrãdum Mineræ sacrum urbe egressa erat iumẽta faccis frumentariis palea refertis honusta tegeam misit agentibus ea militibus qui negociatorum specie in obseruari portas appuerunt suis. Antiochis in Cappadocia ex castello Sueda quod obsidebat frumẽta/ tum iumẽta egressa intercepti. Occisq̄ calonibus eorumdẽ uestitu milites suos tanq̄ frumẽtũ reportantes submisit: Quo errore illis custodibus deceptis castellum intrauerunt admiseruntq̄ milites Antiochi. Thebani cum portum Sycioniorum nulla ui redigere in potestate suã possent/ nauẽ ingentẽ armatis impleuerũt exposita sup metce ut negociatorũ specie fallerẽt/ ab ea deinde parte murorũ quæ longissime remota erat apparere paucos disposuerũt cũ quibus e naue quidẽ egressi inermes simulara iuxta occurrerũt Sycionis ad dirimendũ iurgium aduocatis / Thebanæ naues et portum et urbẽ uacãtem occupauerunt. Thymarcus Etholus occiso Carneade Ptholomæi Regis p̄fecto chlamide interempti et galetio ad macedonicum ornatus est habitũ / per hunc errorẽ pro carneade Sarmiorum portũ receptus occupauit.

De eliciẽdis ad proditiõnẽ. Cap.iii.

**A**pirius cursor/ cõsul apud tarẽtum/ Miloni qui cũ p̄sidio Epyrotarum urbẽ obtinebat/ salutẽ ipsi et popularibus si p̄ illũ oppido potiretur pollicitus ẽ. Quibus p̄mis ille corruptus p̄suasit Taretinis ut se legatũ ad cõsulẽ mittererãt/ a quo plena promissa expectata referẽs in securitate oppidanos resoluit atq̄ ita incustoditã urbẽ cursori tradidit. Marcellus cum Syracusanũ quẽdam Sosistratum ad proditiõnẽ sollicitasset ex eo cognouit remissiores custodias fore die festo quo epicles p̄biturus ẽt uini epularũq̄ copiã. insidiatus igit̄ hilaritati et quæ eam sequebat̄ secundã munimẽta conscẽdit uigilibusq̄ cecis apperuit exercitui Romano urbẽ nobilibus uictoris clarã. Tarquinius supbus cum Gabios in deditiõnẽ accipere non posset filiũ suũ Tarquiniũ cesum uirgis ad hostẽ misit. Is inculata patris seuitia p̄suasit Gabinis ut odio suo aduersus regẽ uetereretur/ et dux ad bellum electus tradidit patri Gabios. Cirus p̄sarũ Rex/ comitẽ suũ zopirũ explorata eius fide truncata de industria facie ad hostes dimisit: illo asserẽre iniuriarũ fidem. creditus inimicissimus

Ciro: cum hanc p̄suasionem adiuuaret procurrẽdo propius quotiẽs acie decertaretur et in eum tela dirigendo commissam sibi Babiliorum urbẽ tradidit. Philippus oppido Samiorum exclusus Apollonio p̄fecto eorum ad probatiõnem corrupto persuasit/ ut plaustrum lapide quadrato oneratum in ipso aditu portæ poneret confestim signo dato insecutus/ oppidanos circa impedita portæ claustra oppressit trepidantes.

Hannibal apud arcem quæ a p̄sidio Romano duce Liuius tenebatur Niconẽ quẽ ad proditiõnẽ sollicitauerat eiusmodi fallacia instruxit / ut ille per causam uenandi noctu procederet quasi id per hostẽ interditũ non liceret. Egresso ipsi apros subministrabant quos ille tanquam ex captura Liuius offerret. Idq̄ cum sapius factum ẽt et ideo minus obseruaretur quadam nocte Hannibal uanatorum habitu Penos comitibus eius imiscuit. qui cum honusti uenatione quam ferebant recepti ẽnt a custodibus protinus eos adorti occiderunt. Tunc fracta porta admissus cũ exercitu Hannibal omnes Romanos interfecit / exceptis his qui in arcem p̄ræfugerant. Lysymachus Rex macedonum cum Ephesios oppugnaret / et illi in auxilio haberẽt Mandronẽ archipiratã qui plurimum oneratas p̄ræda naues ephesum appellebat corrupto ei ad proditiõnẽ iunxit fortissimos macedonum: quos ille restrictis manibus pro captiuis Ephesum introduceret. Qui postea ex arce raptis armis urbem Lysymaco tradiderunt.

Per quæ hostes ad inopiam redigantur. Cap.iiii.

**A**bis maximus uastatis campanorum agris ne quid eis ad fiduciam obsidionis superesset / recessit semẽs tẽpore ut frumẽtum quod reliquum habebant in sationes conferreret. Reuersus dein/ de renata prostrauit et ad famẽ redactis peritus ẽ. Antigonus aduersus Atheniẽses idẽ fecit. Dionysius multis urbibus captis cum reginos aggredi uellet qui copiis habundabant simulauit pacẽ: petiitq̄ ab eis ut cõmeatus exercitui ipsius subministrarẽt / quod cum impetrasset exhausto oppidanorum frumẽto aggressus urbem alimẽtis destitutã superauit. Idem aduersus Hymeteos fecisse dicitur. Alexander oppugnaturus Leucadiam commeatibus abundantem/ prius castella quæ in confinio erant cepit omnesq̄ ex his Leucadiam passus ẽ confugere ut alimẽta inter multos celerius absumeretur. Phalaris agrigẽtinus cum quædam loca munitione tuta in Sicilia oppugnaret simulato federe / frumẽta quæ residua se habere dicebat/ apud eos deposuit. Deinde data opera ut tectorum cameræ in quibus id conferebatur rescisse pluuiam reciperent / fiducia aducti commeatu proprio tritico abusus / primo initio estatus aggressus inopia compulsi ad deditiõnẽ.

Quemadmodum psuadet obsidione esse pmanfuram .Ca.v

Learchus Lacedemonius exploratum habens thracas oia uictu necessaria in mores comportasse una quoq; ope sustentari: q; crederet eum comeatus inopia recessurum: p id tempus quo legatos eorum ueruros opinabat aliquem ex captiuis in conspectu iussit occidi: et membratim tanquam alimeta in cotubernia distribuit: Thracas nihil non facturum pseuerantia causa eum credentes q; tam detestabiles epulas sustinuisset experiti in deditione uenerunt. Tyberius gracchus Lusitanis dicentibus in decem annos cibaria se habere: et oino obsidione non expauescere Undecimo inquit anno uos capiam. Qua uoce Lusitani quam instructi comeatibus fratim se tradiderunt. A. Torquato graeca urbe oppugnanti cum diceret iuuentute ibi studiose iaculis et sagittis exerceri pluris ea inquit ppedie uedam.

De destructione psidiorum hostium. Cap. vi.

Scipio Hannibale in aphyca reuerso cum oppida quae illi in praetere ratio redigenda dictabat firmis praesidiis diuersa partis obtrineretur subinde aliquam manum submittebat ad infestanda ea: nouissime etiam tanquam direpturus ciuitates aderat deinde simulato metu refugiebat. Hannibal ratus uera esse trepidationem deductis undique praesidiis tanquam de summa rerum dimicaturus insequi cepit. Ita consecutus Scipio quod petierat nudatas pugnatoribus urbes p masinissam et numidas cepit. P. Cornelius Scipio intellecta difficultate expugnandi deluina: quae concursu omnium defendebat aggredi alia oppida cepit. Et euocatis ad sua defendenda singulis uacuatim auxiliis deluina cepit. Pyrrhus Epirotarum rex aduersus illius eos cum ciuitate quae caput gentis erat redigere in praetere suam uellet: eius desperatione caeteras urbes petere cepit: consecutusque est ut hostes fiducia uelut saltem munita urbis eius ad tutelam aliarum dilaberetur. Quo facto reuocatis ipse rursum oibus suis euacuatae eadem defensoribus cepit. Cornelius Ruffinus consul cum aliquanto tempore Crotona oppidum frustra obsidisset: quod inexpugnabile faciebat assumpta in praesidium Lucanorum manus: simulauit se cepit decessere: captiuum deinde magno premio sollicitatum misit Crotonam: quae tanquam ex custodia fugisse: qui psuasit discessisse Romanos. Id uero Crotonenses arbitrati dimisere auxilia: destitutique pugnatoribus inopinati et inualidi capti sunt. Mago dux Carthaginiensium uicto Gneo Pisonem et in quadam turri circuseptem suspicatus uerura ei subsidia pfuga misit: quae psuaderet appropinquatibus captum iam Pisonem. Qua ratione deterritis eis reliqua uictoriae consumauit. Alcibiades in Sicilia cum Syracusanos capere uellet ex Catanensibus apud quos tunc exercitum continebat quaedam explorata solertia submisit Syracusanis. Is in publicum consilium introductus psuasit infestissimos esse Catanenses Atheniensibus: et si adiuantur a Syracusa-

nis futurum ut opprimerent eos et Alcibiadem. quare adducti Syracusanis uniuersis uiribus Catanam petitori processerunt relicta ipsorum urbe. quam a tergo adortus Alcibiades desolata ut spauerat afflixit. Cleonius atheniensis Troezenos qui in praesidium Craterum tenebant aggressus telam in quibus scriptum erat uenisse se ad liberandam eorum rem. intra muros iecit: et eodem tempore captiuos quosdam conciliatos sibi remisit: qui Craterum detractarent. p hoc consilium seditione intestina apud obsessos conciliata admoto exercitu potitus est ciuitate.

De fluminum deriuatione et uitiatione aquarum. Ca. vii.

Vblus Seruilius Isauram oppidum flumine eo quo hostes aquam banam auerso ad deditionem siti copulit. Caius Caesar in Gallia Caedurocorum ciuitate amne cinctam: et fontibus abundante ad inopiam aquae redigit: cum fontes cuniculis auertisset: et fluminis usum p sagittarios arcuisset. Quintus Metellus in hispania citeriore in castra hostium humili loco posita fluuium ex superiore parte imisit: et subita inundatione turbatos p dispositos in hoc ipsum insidiatores cecidit. Alexander apud Babilonem quae media fluuio Eufrate diuidebatur fossas pariter et aggeres instruit: ut in usum eius extimarent hostes egeri terram: atque ita subito flumine auerso p alueum ueterem quae siccatus ingressum praeberebat: urbem intrauit.

Semiramis aduersus eosdem Babilonios eodem Eufrate auerso idem fecisse dicitur. Clisthenes Syconius ductum aquarum in oppidum Euseorum ferentem rupit. Mox reflectis tubis restituit aquam elleboro corruptam: quae usus profluuium uentris decipiens cepit.

De iniiciendo obsessis pauore. Cap. viii.

Hilipus cum Teenasi castellum nulla ui capere posset: ante ipsos muros terram egressis simulauitque agi cuniculum: castellanique subruos se estimantes reddiderunt. Pelopidas Thebanus magnetum duo oppida simul oppugnaturus non tam ita longo spatio distata: quo tempore ad alterum eorum exercitum admoebat: praecipit ut ex composito ab aliteris castris. iiii. equites coronati notabili alacritate uelut uictoriam nunciantes uenirent: ad cuius simulationem curauit ut silua quae in medio erat incenderetur: praebitura speciem urbis ardentis. praeterea quosdam captiuorum habitu eorum iussit perducere. Qua asseueratione perterriti qui obsidebantur dum in parte iam se superatos existimant defecerunt. Cyrus Rex Persarum incluso sardibus creso qua pruptus mons nullum aditum praestabat ad moenia: malos exequantes altitudinem iugi subrexit.

Quibus simulacra hominum armata psici habitus imposuerat: nocturnos eos motum admoit. Tunc prius luce ex altera parte muros aggressus est: ubi orto iam sole simulacra illa armatorum referentia habitum reflexerunt: oppidani capti

urbem a tergo credentes / et ob hoc in fugam dilapsi uictoriam hostibus concesserunt.

De irruptione ex diuersa parte quam expectamus. Cap. ix.

Cipio apud Carthaginē / sub discessu æstus maritimi secutus de /  
f um ut dicebat ducem / ad muros urbis accessit / et cedēte stagno /  
qua non expectabatur irrupit. Fabius Maximus Cunctato /  
ris filius / apud arpos præsidio Hannibalis occupatos considerato situ ur /  
bis sexcentos misit milites obscura nocte: qui p munitam eoq; minus fre /  
quentatam oppidi partem / scalis euecti in murum portas reuellerent: hi /  
adiuti decidentium aquarum sono qui operis strepitum obscurabat iusi /  
fa peragunt. ipse dato signo ab alia parte aggressus cepit. Aros. Caius /  
Marius bello Iugurtino apud flumen Mulucam / cum oppugnaret ca /  
stellum in monte saxeo situm: quod una angusta semita adhibatur cate /  
ra parte uelut cum saltu præcipiti: nunciato sibi per ligurem quendam / ex /  
auxiliis gregalē militem qui forte aquarum progressus dum per saxa mō /  
tis cocleas legit ad summum peruenerat erēpi posse in castellum: paucos /  
centuriones quibus perfectissimos cum uelocissimis militibus aneatres i /  
miscuerat / misit capite pedibusq; nudis: ut prospectus uisusq; per saxa fa /  
ciliior foret / scutis armisq; a tergo apratis. hi ligure duce et loris et clauis /  
quibus in ascensu nitebantur adiuti / cum ad posteriora ob id uacua del /  
fensoribus castelli peruenisent / concinere et tumultuari ut præceptum /  
erat ceperunt ad quod constitutum Marius constantius adhortatus suos /  
acrius instare castellanos cepit. Quos ab imbelle multitudine suorum /  
reuocatos tanquam a tergo capti essent infecutus castellum cepit. Lu /  
cius Cornelliū consul complura sardinia cepit oppida dum fortissimas /  
partes copiarum noctu exponit. quibus præcipiebat ut delitescerent op /  
perirenturq; tempus quo ipse nactus appelleret: occurrētib; deinde ad /  
uentanti et hostibus ab ipso per simulationē fugæ longius ad persequen /  
dum aduocatis illi in relictas ab his uerbes impetum facerent. Pericles /  
Antheniēsum dux cum oppugnaret quādam ciuitatem magno consen /  
su defendētiū tutam nocte ab ea parte murorum: quæ mari adiacebat /  
clasticum clamorē attolli iussit. hostes penetratum illa oppidum rati reli /  
querunt portas: per quas Pericles desertitas præsidio irrupit. Alcibia /  
des dux Atheniēsum euticum oppugnandi eius causa nocte improuisus /  
accessit et ex diuersa parte mœnium cornicines canere iussit. sufficere pro /  
pugnatores murorum poterant ad id latus a quo solo se temprari puta /  
bant / cum fluerēt qua non obsistebatur muros transcendit. Trasibulus /  
dux Milesiorū ut portū Syciniotū occuparet a terra subide opidanos tēp /  
tauit: et illo quo laceffebant cōuersis hostibus / classe inspecta portū cepit.

Philippus i obsidiōe cuiusdā urbis maritimæ binas nates pcul a cōspec /  
tū cōtabulauit supstruxitq; eis turres: alius deinde turribus adortus a terra /  
uel cōminus domibus ppugnatores distrinxit turritas naues a mari appli /  
cuit: et qua non resistebatur subiit muros. Pericles Ponomeforum ca /  
stellum oppugnaturus in quo duo omnino erant accessus / alterum fossā /  
interclusit / alterum muniuit. castellani securiores ab altera parte facti / eā /  
solam quam muniti uidebant custodire ceperunt. Pericles præparatis pō /  
ribus iniectisq; super fossam / quā non cauebatur subiit castellum. An /  
thiochus aduersus Ephesios rhodiis quos in auxilio habebat præcepit / ut /  
nocte portum cum magno strepitu inuaderent: ad quā partē cum tumul /  
tu omni multitudine decurrente / nudatis defensore alis munitioibus /  
ipse aggressus a diuerso ciuitatē cepit.

De insidiis p quas eliciantur obsessi. Cap. x.

Ato in conspectu Lacetanorum quos obsidebat reliquis submot /  
tis sueffanos quosdā ex auxiliariis maxime imbelles aggredi mœ /  
nia iussit. hoc cum facta eruptione lacetani facile auertissent et /  
fugientes auide infecuti essent. illis quas occultauerat cohortibus oppidū /  
cepit. Lucius Scipio in Sardinia cuiusdam ciuitatis p tumultū relicta /  
oppugnatione / quam instruxerat / speciem fugiētis finxit. infecutisq; teme /  
re oppidanis p eos quos in proximo occultauerat oppidum inuasit. Hā /  
nibal cum obsideret ciuitatē hymeram castra sua capi de industria passus /  
ē iussis recedere penis tanquam præualeret hostis. Quo euetū Hymere /  
is ita deceptis / ut gaudio impulsus relicta urbe procurrerunt ad punicum /  
uallum Hannibal uacuum urbem p eos quos insidiis ad hanc ipsam occa /  
sionē posuerat cepit. Idem ut sagittarios eliceret rara acie ad muros accē /  
dēs ad primam eruptionem oppidanorum simulata fuga cessit. Interpo /  
sitoq; exercitu ab oppido / interclusos hostes a suis in medio trucidauit.

Scordisci equites: cum a græcia duarum partium præsidio oppositus /  
eēt Lucullus pecora abigere simulantes / procurauerunt eruptionem: sui /  
gam deinde metiri sequerē Lucullum in insidias deduxerunt et occingen /  
tos cum eo milites occiderunt. Chares dux Atheniensium ciuitatē ag /  
gressurus littori oppositam post quedam promōtoria occulte habita clas /  
se e nauibus uelocissimam præter hostilia psidia ire iussit: qua uisa cum /  
omnia nauigia quæ pro custodia portus agebantur / ad persequendam ei /  
uolassent / Chares in indefensum portum reliqua classe inuectus etiam /  
ciuitatem occupauit. Lartha dux Penorum in Sicilia lilibeum nostris /  
terra mariq; obsidentibus partem classis suæ procul armatam iussit ostē /  
di ad eius conspectum cum euolassent nostri: Ipse reliquis quos in oc /  
culto tenuerat nauibus lilibeum portum occupauit.

De simulatione regressus. Cap. xi.

**P** Hormion dux Atheniensium cum depopulatus esset agros chalcidensium / legatis eorundem ea requirentibus benigne respondit / et nocte qua admissurus illos erat: finxit litteras sibi superuenisse / se ciuium suorum; propter quas redeundum haberet / ac paulum regressus dimisit legatos. his omnia tuta et abisse phormionem renunciantibus chalcidenses spe et oblatæ humanitatis et abducti exercitus remissa urbis custodia / cum confestim phormion reuertisset prohibere inexpectatam uim non potuerunt. Agesilaus dux lacedemoniorum cum phocenses obsideret / et intellexisset eos qui tunc presidio illis erant iam grauari bellorum incommodo: paululum regressus / tanquam ad illos actus liberam occasionem recedendi his dedit non multo post milite reducto / desituit / eos phocenses superauit. Alcibiades aduersus bizanticos / qui se mœnibus continebant insidias deposuit et simulato regressu incautos eos oppressit / uiratus cum tridui iter descendens confecisset idē illud in uno die remensus / securos segobrienses et sacrificio quæ maxime occupatos oppressit.

Epaminondas mantiniam cum lacedemonios in subsidium hosti uenisse animaduerneret / ratus posse lacedemonē occupari si clam illo profectus esset: nocte crebros ignes fieri iussit ut specie remanendi occultaret / perfectionem: Sed a transfuga proditus affecuto exercitu lacedemoniorum itinere quidem quo spartam petebat destruit. Idem tamen consilium conuertit ad mantinenses. æque enim ignibus factis lacedemonios quasi maneret frustratus. xl. milia passuum reuertitur Mantiniam: eamque auxilio destitutam occupauit.

De exercitanda cura suorum. Cap. xii.

**A**lcibiades Atheniensis ciuitate sua a Lacedemoniis obsessa uertit / negligentiam uigilum denunciauit his qui in stationibus erant / ut obseruarent lumen quod nocte ostensurus esset ex arce / et ad conspectu eius ipsi quoque lumina attollerent: in quo munere qui cessasset / penam passurum: dum sollicite expectat signum ducis / puigilatū ab omnibus et suspectæ noctis periculū euitatum est. Hiphycrates dux Atheniensium cum presidio Corinthum teneret et sub aduentum hostiū ipse uigilias circumiret / uigilē quē dormientē uiderat transfixit cuspide quod factū quibusdā tanquā fauuum increpantibus / qualē iueni iquit talē reliquit.

Epaminondas Thebanus idem fecisse dicitur.

De emittendo et recipiendo nuncio. Cap. xiii.

**R**omani obsessi in Capitolio / ad Camillum ab exilio implorandū miserunt: quod ut stationes Gallorū falleret / per saxa tarpeia demissus transfugato tyberi uentos peruenit. et perperata legatiōe similiter ad suos rediit.

Campani diligenter Romanis quibus obsessi erant custodias agentibus quēdā transfugam subornatum miserunt: qui occultatā Balteo epistolā inuenta effugēdo occasione ad Penos pertulit. Venatione quoque et pecoribus quidā miserunt litteras membranis mādatis. Aliqui iumentū in aduersam partem inflixerunt dum statione transeunt. nonnulli interiora uaginarum inscripserunt. Hyrcius consul ad decimum Brutū qui Mutinæ ab Antonio obsidebatur / litteras subinde misit plumbo scriptas / quibus ad brachium ligatis / miles scultenam amnē transnabat. Idem columbis quas inclusas ante tenebris et fame affecerat / epistolas ad collū fera ligauit / easque a propinquo iquantū poterat loco menibus emittebat: illa lucis cibi que auidā altissima edificiorum petentes excipiebantur a Bruto Qui eo modo de omnibus rebus certior fiebat utique: postquam disposito cibo quibusdam locis columnas illuc deuolare instituerat.

De introducendis auxiliis et comēatibus. Cap. xiiii.

**B**ello ciuili cum Ategua urbs in Hispania pompeianarum partium obsideret / Martius interim Rex tanquam Cæsarianus tribuni cornicularius uigiles quosdā excitauit / te quibus aliquot euitans constantia fallaciæ suæ per medias Cæsaris copias presidium Pompei transduxit. Hannibale obsidente casilinum Romani farinā dolis secunda aqua uulturni fluminis dimittebant ut ab obsessis exciperent: quibus cum obiecta per medium amnem catena Hannibal obtulisset nuces sparsere / quæ cum aqua ferente ad oppidum defluerent / eo comēatu sociorum necessitate sustentauerunt. Hyrcius in Mutinensibus obsessis ab Antonio / salē quo maxime indigebant cuppis conditū per amnē Samineorū intromisit. Idē pecora secūda aqua dimisit quæ excepta sustentauerunt necessariorū inopia.

Quæadmodū efficiatur ut quæ defunt habundare uideantur. Ca. xv.

**R**omani cum a Gallis Capitolium obsiderent in extrema iam fame panem in hostē iactauerunt / consecuti que ut habundare comēatibus uiderentur: obsidionem donec Camillus subueniret / tollerauerunt. Athenienses aduersus Lacedemonios idem fecisse dicuntur. Hi qui ab Hannibale ad Casilinum obsidebantur ad extremam famem peruenisse crediti cum etiam herbas alimentis eorum Hannibal sæpe arato loco qui erat inter castra ipsius / et mœnia præriperet semina in præparatum locum iecerunt. Consecuti ut habere uiderentur unde uictum sustentaret usque ad satiorum prouentum. Reliqui ex uariā clade cum obsiderentur / quia deficere frumento uidebantur horrea tota nocte circumdlexerunt: captiuos deinde precis manibus dimiserunt. Hi circumse ditibus suis persuaserunt ne spem maturæ expugnationis reponerent / in fame Romanorū: quibus alimentorum ingens copia superesset.

Thracas in arduo monte obsessi in quem hostibus accessus non erat col-  
lato uiridi exiguo tritico / aut caseo paucis pecora et in hostium praesidia di-  
miserunt. Quibus exceptis et occisis cum frumenti uestigia in uisceribus ea-  
rum apparuisset opinatus hostis magna uim tritici superesse eis: qui inde  
etiam pecora pasceret recessit ab obsidione. Phraëbulus dux milesiorum  
cum longa obsidione milites sui agerent / ab Aliacte qui supabat eos ad de-  
ditionem fame posse compelli: sub aduentum legatorum Aliactus frumentum om-  
ne in forum compellere iussit. et conuiuio sub id tempus instructis per totam  
urbem epulas praestitit: atque ita persuasit hosti superesse ipsi copias: quibus  
diuturnam sustinerent obsidionem.

Qua ratione proditoribus et transfugis occurratur. Cap. xvi.

Arcellus cognito consilio. L. Bancii nolani qui corrumpere ad  
defectionem populares studebat et Hannibali gratificabatur quod illius  
beneficio curatus inter canes: faucius et ex captiuitate remissus  
ad suos erat: qui interficere eum ne supplicio eius reliquos concitaret No-  
lanes non audebat accessum ad se allocutus est dicens fortissimum eum mi-  
litum quod antea ignorasset hortatusque est ut secum moraretur et super uerborum  
honore equum ei quoque donauit. Qua benignitate non illius tantum fidem  
sed etiam popularium qui ex illo pedebant sibi obligauit. Amilchar  
dux Penorum cum frequenter auxiliares Galli ad Romanos transferret et iam  
ex consuetudine ut focum exciperetur: sibi fidelissimos subornauit ad simulam  
transitionem: qui Romanos excipendorum causa eorum progressus occi-  
derunt. Quae sollertia Amilchari non tantum ad presentem profuit successus:  
sed in posterum praestitit ut Romanis ueri quoque transfugae foret suspecti.

Hanno carthaginensium imperator in Sicilia cum comperisset merce-  
narium Gallorum circiter. iiii. milia conspirasse ad transfugiendum ad Ro-  
manos: quod aliquot mensium mercedes non receperant / animaduertente au-  
tem in eos non auderet / metu seditionis promissit prolationis iniuriam libe-  
ralitate praestaturum: quo nomine gratias agentibus gallis per tempus idoneum da-  
tis pollicitis fidelissimum dispensatorem ad Otacilium consulem misit. qui tam-  
quam rationibus interuersis transfugisse nunciavit nocte proxima gallorum qua-  
tuor milia: quae praedatum forent missa posse excipi. Otacilius nec statim  
credidit transfugae: nec tamen rem sperandam ratus disposuit insidias lec-  
tissimam manum suorum. ab ea galli excepti dupliciter Hannonis consilio  
satisfecerunt. et Romanos ceciderunt et ipsi omnes interfecti sunt. Hanni-  
bal similiter se a transfugis ultus est. Nam cum aliquos ex militibus suis sci-  
ret transfugisse proxima nocte / nec ignoraret exploratores hostium in ca-  
stris suis esse palam pronunciauit non debere transfugas uocari sollertissimus  
militum: qui ipsius iussu exierunt ad excipiendum hostium consilia: au-

ditis quae pronunciauit retulerunt exploratores ad suos. Tunc compre-  
hensi a Romanis transfugae. et amputatis manibus remissi sunt. Diodo-  
rus cum praesidio Amphipolim tueret et duo milia thracum suspecta habe-  
ret: quae uidebantur urbem direptura / metitus est paucas hostium naues pro-  
ximo littori applicuisse easque diripi posse. Quae spe simulata Thracas  
emissit. ac deinde clausis portis non recepit.

De Eruptionibus. Cap. xvii.

Omani qui in praesidio Panormitanorum erant ueniente ad ob-  
sidionem Hasdrubale raros ex industria in muris posuerunt de-  
fensores. Quorum paucitate contempta cum incautus muris  
succederet Hasdrubal eruptione facta ceciderunt eum. Aemilius Pau-  
lus uniuersis liguribus improviso adortis castra eius / simulato timore diu  
continuit militem: deinde fatigato iam hoste a. iiii. portis eruptione fac-  
ta stravit cepitque ligures. Liuius praefectus Romanorum / arcem taran-  
tinorum tenens / misit ad Hasdrubalem legatos ut abire sibi incolumi li-  
ceret: ea simulatione ad securitatem perductum hostem eruptione fac-  
ta cecidit. Gneus Pompeius circumfessos ad dyrrachium non tantum  
obsidione liberauit suos / uerum etiam post eruptionem quam opportu-  
no loco et tempore fecerat: Caesarem ad castellum quod duplici munitio-  
ne instructum erat auidè irrupentem exterior ipse circumfusus corona  
obligauit: ut ille inter eos quos obsidebat / et eos qui extra circumuene-  
rant medius non leue periculum et detrimentum senseret. Flavius Sim-  
bria et in Asia apud Rhindacum aduersum filium Mythridatis brachii-  
is a latere ductis deinde fossa in fronte percussa / quietum in uallo militi-  
um tenuit: donec hostilis equitatus incurreret angustias munimento-  
rum: tunc eruptione facta sex milia eorum cecidit. Asculani oppugna-  
turo oppidum Pompeio / cum paucos senes egros in muris ostendissent /  
ob id securos Romanos eruptione facta fugauerunt. Numantini ob-  
sessi ne pro uallo quidem instruxerunt aciem adeoque se continuerunt /  
ut Popilio lenati fiducia fieret scalis oppidum aggrediendi. Quo de-  
mum suspicante insidias / quia nec tunc quidem obsisteretur ac suos reuo-  
cavit / eruptione facta aduersus descenderes adorti sunt.

De distantia obsessorum. Cap. xviii.

Romani assidente moribus Hannibale ostendenda fiducia gra-  
tia supplementum exercitibus quos in hispania habebant diuer-  
sa porta miserunt. Idem agrum in quo castra Hannibal habebat  
defuncto forte domino uenalem ad id praedium perduxerunt licen-  
do: quo is ager ante uenierat. hi dum ab Hannibale obsiderentur / et ip-  
si capuam decreuerunt obsidere. nec nisi capra ea reuocauerunt inde exercitum.



capitulum Sexti Tuli Frontini Strategematum Liber quartus.   
 Ultra lectione conquisitis Strategematibus et non exigito seruitur  
 in exemplo digestis / ut promissum trium librorum inplerem si modo  
 compleri in hoc exhibeo ea quae parum apte descriptioni priorum  
 ad speciem alligata subici uidebantur. Et erant exempla potius  
 strategicon quam strategemata. Quae iccirco separavi quia quamuis clara: di  
 uersa tamen erant substantiae: ne si qui forte in aliqua ex his incidissent si  
 militudine indocte pratermissa opinarentur: et sane uelut residua expedi  
 enda sunt: in quo sicuti antea et ipse ordine per species seruare conabor.

De Disciplina. Caput. i.  
De Effectu disciplinae. Cap. ii.  
De Continentia. Cap. iii.  
De Iusticia. Cap. iiii.  
De Constantia. Cap. v.  
De Affectu et moderatione. Cap. vi.  
De Variis consiliis. Cap. vii.

De Disciplina. Cap. i.  
 Cyprius ad Numantiam corruptum superiorum ducum socordia  
 exercitum corripuit: dimisso ingenti lixarum numero: reductis ad  
 Munus quotidiana exercitatione militibus: quibus cum freques  
 iniungeret iter portare complurium dierum cibaria imperabat: ita ut fri  
 gota. et hymbres pati uada fluminum pedibus traiceret afuesceret miles.  
 Ex probante subinde imperatore timiditatem et ignauiam: frangente  
 delicatioris usus ac parum necessaria expeditioni uasa: quae maxime nobilit  
 ter accidit Caio meuijo tribuno: cui dixisse traditur Scipio: mihi paulis  
 per tibi et reipu. semper necessarius nequaquam eris. Quintus Metel  
 lus bello Iugurtino similiter lapsam militum disciplinam pari ferientate re  
 stituit: cum insuper prohibuisset alia carne quam assata elixauit milites uti.  
 Pyrrhus delectori suo fertur dixisse: tu grandes elige: ego eos fortes red  
 dam. Lucio Flacco et C. Varrone consulibus milites primo iureiurata  
 do facti sunt: ante enim sacramento tantummodo a tribunis rogaban  
 tur. Caeterum ipsi inter se tantum iurabant se fugae ac formidinis causa non  
 abituros neque ex ordine recessuros: nisi relictis petendi ferendiue hostis: aut  
 cuius seruandi causa. Scipio Aphricanus cum ornatum scutum elegan  
 tius cuiusdam uidiisset dixit non mirari se quod tanta cura ornasset: in quo  
 plus praesidii quam in gladio haberet. Philippus cum primum exercitum  
 constitueret: uehiculorum usum omnibus interdixit equitibus: non ami  
 plius quam singulos calones habere permisit. Peditibus autem denis singu  
 los: qui molas et furies ferrent in aestiua exeuntibus. xxx. dierum sannam

collo portare imperauit. Caius Marius recidendorum impedimento  
 rum gratia quibus maxime exercitus agmen oneratur: uasa et cibaria mi  
 litum in fasciculos aptata furcis imposuit: sub quibus et habile onus et fa  
 cilis requies esset: Unde et in prouerbium tractum est. Muli mariani. The  
 ogenes Atheniensis cum exercitum megaram duceret petentibus ordi  
 nes respondit ibi se daturum: deinde clam equites praemisit eosque hosti  
 um specie impetum in socios retorquere iussit. Quo facto cum tanquam  
 ad hostium occursum praepararetur permisit ita ordinari aciem: ut quo  
 quis uoluisset loco consisteret: et cum inertissimus quisque retro se dedis  
 set: sereni autem in fronte prosiluissent: ut quemque inuenerat stantem  
 ita ad ordines milites prouexit. Lysander Lacedaemonius egressum uia  
 quendam castigabat: cui dicenti ad nullius rei rapinam se ab agmine re  
 cessisse. Respondit ne speciem quidem raptruri praebes uolo. Antigo  
 nus cum audisset diuertisse filium suum in eius domum: cui tres filiae insit  
 gnes specie essent: audio inquit fili anguste habitare te pluribus dominis  
 domum possidentibus: hostium latius accipere: iussitque commigrare: di  
 xit ne quis minor quinquaginta annis natus hospitio matris familias ute  
 retur. Quintus Metellus consul quamuis nulla lege impediretur quin  
 filium contubernalē perpetuum haberet maluit tamē eum in ordine ha  
 bere. Publius Rutilius consul cum secūdū leges in contubernio suo fili  
 um posset habere in legione militem fecit. Tyberius Scaurus filium qui  
 in saltu tridētino loco hostibus cesserat in cōspectum suum uenire uetu  
 ir. Adolescēs uerecundia ignominiaē p̄sus mortem sibi constitit. Corra  
 consul in Sicilia in Valerium nobilem tribunum militum ex gente Vale  
 ria uirgis animaduertit. Idem. P. Aurelium sanguine sibi iunctum / quē  
 obsidioni lipararum ipse ad auspicia repetēda mesanam transiturus p̄fece  
 rat: Cum ager incēsus et capta castra essent: uirgis cesum in numerum gre  
 galium peditum referri / et muneribus fungi iussit. Fuluius Flaccus cō  
 sor Fuluum fratrem suum quia legione in qua tribunus militum erat in  
 iussu consulis dimiserat: a senatu mouit. Marcus Cato ab hostili litto  
 re in quo per aliquot dies manserat cum tradito profectionis signo clas  
 sem soluisset: et relictis e militibus quidam accerrima uoce et gestu expo  
 stularat uti tolleretur: circumacta ad littus uniuersa classe comprehēsum  
 supplicio affici iussit: et quem occisuri per ignominiam hostes fuerant ex  
 xēplo potius impedit. Appius Claudius ex his qui loco cesserant decie  
 mum quēque militē sorte ductum fuste percussit. Paulus Lucius consul  
 ex duabus legionibus quae loco cesserant: sorte ductos in conspectu mili  
 tum securi percussit. Fabius Rutilius ternas ex centuriis quarum statio  
 perrupta erat securi percussit. Marcus Antonius cū agger ab hostibus

incensus esset / ex his qui in opere fuerant / duarum coheritium militē de-  
cimauit. Et in singulos ex his centuriones animaduertit. legatum cū igno-  
minia dimisit: reliquis ex legione ordeum dari iussit. In legionem qua re-  
gium oppidum iniussu ducis diruerat animaduersum ē ita ut quattuor  
milia tradita custodia necarentur. Præterea senatus consulto cautum est  
ne quem ex eis sepeliri uel lugere fas esset. Lucius Papyrius cursor dicta-  
tor Fabium rutilianum magistrum equitum / q̄ aduersum dictum eius  
quāuis prospere pugnauerat uirgis poposcit: cesum securi percussurus. nec  
contentioni aut precibus militum concessit animaduersionem eumq; p̄  
fugientem Romam persecutus est: nec ibi quidem remissione prius sup-  
plicii meruit: q̄ ad genua eius et Fabius cum patre prouolueretur: et pari-  
ter senatus et populus rogarent. Manlius / cui imperioso postea cogno-  
men fuit / filium q̄ is contra edictum patris cum hoste pugnauit / quā-  
uis uictorem in conspectu exercitus uirgis cesum securi percussit. Man-  
lius filius exercitu pro se aduersus patrem seditionem parante negauit tan-  
ti esse quem q̄: ut propter illum disciplina corrumpetur: et obtinuit ut  
ipsum puniri paterentur. Quintus Fabius maximus transfugarum de-  
xtras p̄cidit. Marcus Curio consul / bello dardanico circa Dirrachium /  
cum ex quinque legionibus una facta seditione militiam detrectasset secu-  
turq; se temeritatem ducis in expeditione asperam et insidiosam negas-  
set quattuor legiones eduxit armatas et consistere ordinibus detectis ar-  
mis uelut in acie iussit. Post hæc seditionem legionem inermem procede-  
re discinctamq; in conspectu armati exercitus stramēta coegit secare. Po-  
stero autem die similiter fossam discinctos milites facere: nullis precibus  
legionis ab eo impetrari potuit ne signa eius submitteret nomēq; abole-  
ret / autem in supplementum legionum distribuere. A. Fuluius Appio  
Claudio consule milites ex pugna cānensi in Siciliam ex senatus. C. rele-  
gati postulauerunt a consule Marco Marcello / ut in prælio ducerent.  
Ille senatum consuluit: senatus negauit sibi placere committi his repu-  
quam deseruissent. Marcello tamē permisit facere quod uideretur / dū ne  
quis eorum munere uacaret neue donaretur: neue quod præmium ferret  
aut in Italiam portaretur: dum Peni in ea fuissent. Marcus Salinator  
consularis damnatus ē a populo: eo q̄ prædam nō æqualiter diuiserat mi-  
litibus. Cum a Liguribus in prælio Quintus perilius consul interfectus  
esset: decreuit senatus: uti ea legio: in cuius acie consul erat occisus tota in  
frequens referretur / stipendium ei non daretur a numeroq; rescinderet.

De effectu disciplina. Caput. ii.

b Ruti et Cassii exercitus memorie proditum est in bello ciuili cum  
una per Macedoniam iter facerent priorq; Brutus ad fluuium in

quo pontem iungi oportebat peruenisset: Cassii tamen exercitum et in ef-  
ficiendo ponte et in transitu maturando præcessisse. Qui uigor disciplina  
effecit ne solum in operibus uerum etiam in summa belli præstarent Cas-  
siani brutianis. Caius Marius cum facultatem eligendi exercitus haberet  
ex duobus qui sub Rutilio et qui sub Metello ac postea sub se ipso merue-  
rant: Rutilianum quendam minorem qui certioris disciplina arbitrabat  
punctauit. Domitius Corbulo duabus legionibus et paucissimis auxiliis  
disciplina correctam parthos sustinuit. Alexander Macedo .xl. milibus  
hominum iam inde a Philippo patre disciplina asuefactis orbem terrarū  
aggressus in numeras hostium copias superauit. Cyrus bello aduersus  
Persas .xliii. milibus armatorum immensas difficultates superauit. Epami-  
nondas dux Thebanorum .iiii. milia hominum ex quibus .cccc. tantum  
equites erant lacedæmoniorum exercitum .xxiiii. milium peditum / equi-  
tum mille sexcentorum uicit. A. xliii. milibus Græcorum qui numerus ī  
auxiliis Cyri aduersus Artaxerxem fuit / centum milia barbarorum prælio  
superati sunt. Eodem Græcorum plio decem milia amissis ducibus redi-  
tus sui cura uni ex corpore suorum Xenophonti Atheniensi demandati p̄  
iniqua et incognita loca incolumia reuersa sunt. Xerxes a. ccc. Lacedæ-  
moniorum ad Thermopylas uexatus cum uix eos confecisset. hoc se decep-  
tum aiebat q̄ multos quidem homines habebat: uiros autem disciplina  
tenaces nullos.

De continētia. Cap. iii.

Arcum Catonem / uino eodem / quo remiges contētum fuisse tra-  
ditur. Fabricius / cum Cyneas legatus Epyrotarum grande pō-  
dus auri dono ei daret non accepto eo / dixit malle se habentibus  
id imperare q̄ habere. Artilus regulus / cum summis rebus præfuisset /  
adeo pauper fuit ut se coniugem liberosq; toleraret agello: qui colebatur  
per unum uillicum: cuius audita morte scripsit senatui de successore: dei-  
stitutis rebus obitu serui necessariam esse presentiam suam. Cneus Sci-  
pio post res prospere gestas in Hispania in summa paupertate decessit nec  
ea quidē relicta pecunia quæ sufficeret in dotē feminarum quas ob in-  
opiam publice dotauit senatus. Idē prestiterunt Athenienses filius Aristi-  
dis post amplissimarum rerum administrationem maxima paupertate de-  
functi. Epaminondas dux Thebanorum tantæ abstinentiæ fuit ut in  
suppellectili eius præter æuum et uerum unicum nihil inueniretur. Han-  
nibal surgere de nocte solitus ante noctem non quiescebat crepusculo  
demum ad cenam uacabat / neq; amplius q̄ duobus lectis discumbebatur  
apud eum. Idem cum sub Hasdrubale imperatore militaret plerumq; sui  
per nudam humum sagulo tectus somnos capiebat. Emilianum Scipio

nem traditur in itinere cum amicis ambulantiem accepto pane uesci solitū.

Idem et de Alexandro Macedone dicitur. Masinissam nonagesimum ut dicitur annum agentem meridie ante tabernaculum stantem uel ambulantiem capere solitum cibos legimus. Curius cum uictis ab eo sabinis ex senatus consulto ampliaretur ei modus agri: quem consumati milites accipiebant gregalium portōne contentus fuit malum ciuem dicens cui non esset id quod ceteris fatis. Vniuersi quoque exercitus notabilis saepe fuit continētia / sicut eius qui sub Marco Scauro meruit. Namque memorie tradidit Scaurus pomiferam arborem quae in pede castrorum fuerat cōpleta metatione postero die abeunte exercitu intactis fructibus relictam.

Auspiciis imperatoris Caesaris Domitiani Augusti germanico bello: quod Iulius ciuili in gallia mouerat ligonum opulentissima ciuitas quae ad ciuilem descuerat / cum adueniente exercitu Caesaris: populationem timeret: quae contra expectationem inuiolata nihil ex rebus suis amiserat in obsequium redacta septuaginta milia armatorum tradidit. L. Mummius qui Corintho capta non Italiam solum / sed etiam prouinciam tabulis statuisque exornauit / adeo nihil ex tantis manibus in suum conuertit: ut filiam eius in opem senatus ex publico dotauerit.

#### De Iustitia.

#### Cap. iiii.

Amillo phaliscos obsidenti Iudi magister liberos faliscorum / tanquam ambulandi causa extra murum eductos tradidit dicens re perendis obsidibus necessario ciuitate imperata facturam Camillus non solum spreuit perfidiam: sed etiam restrictis post terga manibus magistrum uirgis agendum ad parētes tradidit piis adeptus beneficiis uictoriam: quam fraude non cupierat. Nam phalisci ob hanc iustitiam sponte ei se dederunt. Ad Fabricium ducem Romanorum medicus Pyrrhi Epyrotarū regis puenit / pollicitusque ē daturū se uenenū Pyrrho si merces sibi in qua operæ pretiū eēt constitueret. Quo facinore Fabricius egere uictoriam suā nō arbitratus regi medicū detexit: atque ea fide meruit ut ad peredā amicitiam Romanorum compelleret Pyrrhum.

#### De constantia.

#### Cap. v.

Neus Pompeius minantibus direpturos pecuniā militibus quae: in triumpho ferret / Seruilio et Glauca cohortatibus ut diuideret eā ne seditio fieret affirmauit nō triumphaturū se sed potius morturū quā licētia militum succumberet. Castigatisque oratione graui laurea / ros fascēs obiecit: ut ab illorum inciperet direptione / eaque inuidia redegit eos ad modestiā. Caesar seditione in tumultu ciuiliū armorū acta / maxime tumētibus animis legione totā exauctorauerat ducibus seditiōis securi percussis. Mox eos quos exauctorauerat ignominia deprecates restituit et opti-

mos milites habuit. Paulus amisso ad cānas exercitu offerente equū Lēulo quo fugeret superesse cladi quae nō ipsum contracta noluit: sed in saxo cui se uulneratus adhaerens praesedit donec ab hostibus oppressus cōfodere. Varro collega eius uel maiore cōstantia post eadē cladē uixit: gratiaque ei a senatu et populo acta sunt quia nō despasset rēp. Nō autē uitae cupiditate sed reip. amore se supfuisse reliquo aetatis suae tpe approbauit. Nā et barbā et capillū submisit. et postea nunquam recubēs cibū cepit: honoribusque cū ei deferreēt a populo renūciauit dicēs / felicioribus magistratibus reip. opus eē. Sempronius Tuditanus et Octauius tribuni militum omnibus fuis ad cannas cū in minoribus castris circūfederentur suaserūt cōmilitonibus ut stringerent gladios et per hostium praesidia erumperet secū id sibi eē animi etiam si nemini ad erumpēdum audacia fuisset / affirmātes de cunctatibus. xii. omnino equitibus uel peditibus qui cōitari substinuerant reptis incolumes canustum peruenerunt. C. Fonteius Crassus in Hispania cum tribus milibus hominum praedatum praefectus / locoque iniquo circūuētus ab Hasdrubale ad primos tantum ordines relato consilio incipiente nocte quo tpe minime expectabat per stationes hostium erupit. Publius decius tribunus militum bello sānitico Cornelio consule iniquis locis dephensio ab hostibus / suast ut ad occupandum collem qui in propinquo erat modicā manū mitteret / seque ducē his qui mittebantur obtulit: auocatus in diuersa hostis emisit consulē. Decium autem cinxit / obfeditque illas quoque angustias: nocte eruptionem cum eluctatus esset Decius incolumis cum militibus consuli accessit. Idem fecit sub Atilio Calatino consule cuius uariā traduntur nomina. Alii Laberium nonnulli Ceditium quae plurimi Calphurnium uocatum scripserunt. Hic cū demissum in eam uallē uideret exercitum cuius oīa latera quae erant superiora hostis infederat depoposcit et accepit a consule trecetos milites quos hortatus ut uirtute sua exercitum seruarēt in mediā uallē decurrit ad opprimendos eos undique descendit hostis longoque et aspero praelio reterentis occasionem consuli ad extrahendum exercitum dedit. Caesar aduersus Germanos et Regem Ariouistum pugnaturus confusior animis pro cōcōne dixit nullius se eo die opera / nisi decimae legionis usurum. Quo assecutus est. et ut decumani tanquam praecipue fortitudinis testimonio concitarentur et ceteri pudore ne penes alios gloria uirtutis esset. Lacedemonius quidam nobilis Philippo denunciante multis se prohibitorum nisi ciuitas sibi traderetur: nū inquit et patria mori nos prohibebit. Leonidas Lacedemonius cum dicerentur persae sagittarum multitudīne nubes esse facturi / fertur dixisse melius in umbra propugnabimus. Celius praetor urbanus cū ei ius dicenti Picus in capite infedisset: et aruspices respōdissent dimissa aue

hostium uictoriam fore. necata populum Romanum superiorem: auem occidit: qua occisa nostro exercitu uincente ipse cum .xiii. celius ex eadem familia in praelio est occisus. hunc quidam non Celium: sed Lelium fuisse et Lelios non Celios perisse credunt. P. Decius primo pater postea filius in magistratu se pro rep. deuouerunt: admissisq; in hostem equis adepti uictoriam patriæ contulerunt. Lucius Crassus cum bellum aduersus Aristonicum in Asia gerens: inter eliam et mirhynam in hostium copias incidisset et inuitus abduceretur: execratus in consule Romano captiuitatem: uirga qua ad equum erat usus Thraci a quo tenebatur oculi eruit: Atq; ab eo per dolorem concitato transuerberatus dedecus seruitutis ut uoluerat effugit. M. Cato Censorii filius in acie decedente equo prolapsus cum animaduertisset gladium exisse uagina: ueritus ignominiam rediit in hostem: ex eoq; aliquot uulneribus recuperato gladio deinde reuersus est ad suos. Perilini a Pænis obsessi parentes et liberos propter inopiam eiecerunt: ipsi coriis madefactis et igne siccatis foliisq; arborum et omni genere animalium uitam trahentes. xi. mensibus obsidionem tolerauerunt. Hispani Fabrescenses omnia eadem passi sunt nec oppidum Herculeio crediderunt. Casilini obsidente Hannibale tantam inopiam perpassi sunt: ut centum denariis murem uenisse proditum memoria sit: eiusq; uenditorem fame periisse: emptorem autem uixisse. fidem tamē seruare Romanis perseverauerunt. Cizicum cum oppugnaret Mythridates captiuos eius urbis produxit: ostenditq; obsessis: arbitratus futurum ut miseratione sociorum compelleret ad deditonem oppidanos: at illi cohortati ad patiendam fortiter mortem captiuos seruare Romanis fidem perseverauerunt. Eginenses cum a Viathoris liberi et coniuges cederentur proptauerunt spectare supplicia pignorum suorum q̄ a Romanis deficerent. Numantini ne se dederent fame mori p̄fixis foribus domuum suarum p̄maluerunt.

De effectū et moderatione. Cap. vi.

Virtus Fabius minucius hortante filio ut locum idoneum paucorum iactura caperet: uis ne inquit tu ex illis paucis esse. Xenophon cum equo ueheretur et pedites iugum quodam occupare iussisset: unus ex eis obmurmurandoq; diceret facile eū laboriosa sedentem imperare: desiluit et gregalem equo imposuit cursuq; ipse pedestri ad destinatum iugum peruenit. cuius facti ruborem cum perpeti miles nō posset irridentibus cōsilitonibus sponte descendit: Xenophorē uix uniuersi ppulerūt ut cōscēderet equū et laborē suū i necessaria duci numerare uellet. Alexāder cū hyeme duceret exercitū residēs ad ignē recognoscere p̄teritū copias cepit. cūq; cōspexisset quēdā quoq; exinātiū frigore

considerare loco suo iussit / dixitq; ei: si in Persis natus esses in regia sella sedisse tibi capitale foret: in Macedonia nato conceditur. Diuus Augustus Vespasianus cum quendam adolescentem honeste natum militiæ in habilem angustiarum rei familiaris causa eductum ad longiorem ordinē reiecisset / censu constituto honesta missione ex auctorauit.

De Variis consiliis. Cap. vii.

Aesar dicebat idem esse sibi consilium aduersus hostem: qui plerisque medicis contra uitia corporum fame potius q̄ ferro superandi. Domitius corbulo dolabra id est sensu hostem uicendum esse dicebat. Paulus imperatorem senem moribus dicebat eē oportere: significans moderatiora sequenda consilia. Scipio Africanus fertur dixisse cum eum parum quidam pugnatorem diceret. Imperatorem me mater non bellatorem peperit. Lucius Marius Teutono puoocanti eum et postulanti ut prodiret respondit: Si cupidus mortis esset loqueo eum uitam posse finire: cumq; demonstraret ei gladiatorem contemptra statuta et prope exacta ætatis obiecit ei dixitq; si eum superasset cum uictore congressurum. Quintus Sertorius experimēto didicerat se imparem uniuerso Romanorum exercitui ut barbaros quoq; inconsulte pugnam deposcentes doceret aductis in conspectum duobus equis quorum prualido alteri / alteri admodum exili duos admouit iuuenes: similiter electos robustum et gracilem: robustiori imperauit equi exilis uniuersam caudam abrumperet: gracili ualentioris per singulos pilos uellere. Cū gracili successisset quod imperatum esset: ualidissimus cum infirmi equi cauda sine effectu luctaretur / naturam inquit Sertorius Romanarum uirium per hoc uobis exemplum ostendi milites: insuperabiles sunt uniuersos aggredienti: eosq; lacerabit et carpet qui per partes attentauerit. Valerius leuinus consul cum intra castra sua exploratorem hostium deprehendisset magnamq; copiarum suarum fiduciam haberet circum duci eū iussit: terrendiq; hostis causa exercitus suos uisendos speculatoribus eorū quotiens uoluissent patere. Cecilius primipilaris qui in Germania post uarianam cladem obsessis nostris pro duce fuit ueritus ne barbari ligna quæ congesta erant uallo admouerēt et castra eius incēderent: simulata lignorum inopia missis undiq; qui ea furarentur effecit ut germani uniuersos truncos amolirentur. Caius Scipio bello nauali Amphoras pice et tēda plenas in hostium classē iaculatus est: quarum iactus et pondere ferret noxius: et difundendo quæ continuerant / alimentum præstarent incendio. Hannibal regi Antiocho monstrauit ut in hostium classē uascula iacularetur uiperis plena: quarum metu perterriti milites a dimicatione et nauticis ministeriis impediretur. idē fecit iam cedere classe sua Prusias.

Marcus Porcius de impetu in classem hostium cum transiisset deturbatis ex ea Penis / eorumque armis et insignibus inter suos distributis multas naues hostium / quos sociali habitu secellerat misit. Athenienses cum subinde a lacedemoniis infestarentur diebus festis: quos sacros mineræ extra urbem celebrabant: omnem quidem colentium imitationem expresserunt: armis tamē ueste celatis peracto ritu suo non statim Athenas reuersi: sed protinus inde raptim acto agmine eo tempore quo minime timebantur agros hostium quibus subinde præda fuerant ultro depopulati sunt. Cassius oneratas naues non magis ad alios usus accensas oportuno uento in classem hostium misit: et incendio eam consumpsit. M. Liuius fuso Hasdrubale hortantibus eum quibusdam ut hostem ad interitionem persequeretur respondit: aliqui et supersint qui de uictoria nostra hostibus nuncient. Scipio Africanus dicere solitus est hosti non solum dandam esse uiam fugiendi: sed etiam muniendam. Pericles Atheniensis affirmauit incolumes futuros hostes: si deponerent ferrum: eiusque obsecutos conditionibus uniuersos qui in cingulis ferreas fibulas habuissent interfici iussit. Hasdrubal subiiciens dolum numidis ingressus fines eorum resistere parantibus affirmauit ad capiendos se uenisse elephatos: quibus ferax est numidia: ut hoc permitterent securitatem poscentibus promisit: et ex ea persuasio nea uocatus adortus sub leges redegit. Aleta Lacedæmonius / ut Thebanorum comitum facilius ex inopinato aggredere in occulto paratis nauibus tanquam unam omnino haberet: turre comitibus in eam exercebat quodam deinde opere omnes naues in Thebanas transnauigantes immisit et comitibus eorum potius est.

Ptholomeus aduersus Perdicam exercitu prævalentem ipse inualidus omne pecudum genus religatis ad tergum qua traherent carpentis: agendum per paucos curauit equites. ipse progressus cum copiis quas habebat effecit: ut puluis quem pecora excitauerant speciem magni exercitus sequentis moueret. Cuius expectatione territus fregit hostem. Mironides Atheniensis aduersus Thebanos equitatu prævalentes pugnaturus in campis suos edocuit manentibus esse spem aliquam salutis / cedentibus autem perniciosissimum. Qua ratione confirmatis militibus uictoriam consecutus est. C. Pinarius in Sicilia præsidio enna præpositus / clauas portarum quas penes se habebat reposcentibus Ennensibus que suspectos eos tanquam transitionem ad penum pararent habebat: petiit unius noctis ad deliberationem spatium: indicataque militibus fraude Græcorum: cum præcepisset ut parati postera die signum expectarent: postera luce assistentibus redditurum se clauas dixit: sic idem omnes Ennes occidit. Hiphycates dux Atheniensium classem suam hostili habitu in-

struxit: et ad eos quos suspectos habebat inuectus cum effuso studio exciperetur deprehensa eorum perfidia oppidum diripuit. Romani cum campanis equitibus nullo modo pares essent: Quintus Nauius Centurio in exercitu Fuluii Flacci proconsulis excogitauit: ut delectos exercitum ex toto qui uelocissimi uidebantur et melioris stature erant spatulis non amplis et galericulis gladiisque ac septenis singulos hastis quaternorum circiter pedum armare: eosque adiuctos equitibus iuberet usque ad metum prouehi: deinde ibi positis nostris equitibus incipere inter hostium equitatum præliari. Quo facto uehementer et ipsi campani afflicti sunt: et maxime equi eorum / quibus turbatis prona nostris uictoria fuit. Publius Scipio in Lidia cum die ac nocte hymbre continuo uexatum exercitum Anthiochi uideret nec homines tantum aut equos deficere / uerum arcus quoque madentibus neruis inhabiles factos exhortatus est suos / ut postero quamuis religioso die committeretur prælium: quam sententiam secuta uictoria est. Catonem uastantem Hispaniam / legati ilergetum qui sociorum populus erat adierunt orauerunt auxilia. Ille ne aut abnegato adiutorio socios alienaret / aut deducto exercitu uires minueret / terram partem militum cibaria parare et naues ascendere iussit / dato præcepto ut caufati uentos retro redirent: præcedens interim aduentantis auxilii rumor ut ilergetum excitauit animos / ita hostium consilia decussit.

Caesar cum in partibus Pompeianis magna equitum Romanorum esset manus / earumque armorum scientia milites conficeret: ora oculosque eorum gladius peti iussit: et sic aduersam faciem cedere coegit. Vaccei cum a Sempronio Graccho collatis signis urgerentur uniuersas copias cinxere plaustris: quæ impleuerant fortissimis uiris muliebri ueste tectis. Sempronium tanquam aduersus feminas audacius ad obsidendos hostis confurgentem hi qui in plaustris erant aggressi fugauerunt. Eumenes Cardianus ex successoribus Alexandri in castello quodam clausus quia exercere equos non poterat certis quotidie horis ita suspendebat ut posterioribus pedibus innixi prioribus alleuatis dum naturalem assistendi appetunt consuetudinem ad sudorem undique crura iactarent. Marcus Cato pollicentibus barbaris duces itinerum / et insuper præsidium si magna summa eis promitteretur. non dubitauit polliceri. quia aut uictoribus ex spoliis hostilibus dare licebat: aut interfectis soluebatur promissio. Quintus Crispinus post infaustam aduersus penos dimicationem qua collegam Marcellum amiserat cum comperisset potitum anulo interfecti Hannibalem litteras circa municipia totius Italia dimisit ne crederent epistolis: si quæ Marcelli anulo obsignata perferentur. Monitio ne consecutus ut Salapia et alia urbes frustra Hannibalis dolis repararetur.

Post Cannensem cladem percussis / ita Romanorum animis / ut pars magna reliquiarum nobilissimis auctoribus deferenda Italia iniret consilium: Publius Scipio adolescens admodum impetu facto in eo ipso in quo talia agitabantur cetum pronunciauit manu se sua interfecturum: nisi qui iurasset non esse sibi mentem destituenda reipsum. Cumque ipse primus religione tali se obligasset stricto gladio mortem uni ex proximis minatus nisi acciperet sacramentum. ille metues ceteros etiam exemplo coegit ad iurandum. Volscorum castra: cum prope a uirgulis siluaque posita essent / Camillus ea omnia quae exceptum ignem usque in uallum perferre poterant incedit: et sic aduersarios exiit castris. Perse bello sociali eodem modo prope cum copiis omnibus interceptus est. Metellus in hispania castra moturus: cum in agmine milites continerent se / intra castra Hermocrates: detentos eos postero die habiliouibus iam suis tradidit bellumque confecit. Melciades cum ingentem Persarum multitudinem apud Marathonem fudisset Athenienses circa gratulationem morantes compulsi ut festinarent ad opem urbi ferendam quam classis Persarum petebat. Cumque percurrissent impleissentque membra armatis Persae rati ingentem esse numerum Atheniensium / et alio milite apud Marathonem pugnatum alios pro muris suis opponi circumactis extemplo nauibus Asiam reperierunt. Pisistratus Atheniensis cum excepisset Megarensium classem: quam illi ad eleum noctu applicuerant: ut operatas ceteris sacro feminas Atheniensium raperent: magnaque edita cede eorum / ultus esset suos / eademque quae ceperat nauigia Atheniensi milite compleuit / quibusdam matronarum habitu captiuorum in conspectu locatis. Qua facie decepti Megarenses tanquam suis et cum successu renauigantibus effusi inermesque rursus oppressi sunt. Conon dux Atheniensium uicta classe Persarum apud insulam Cyprum milites suos captiuos armis induit. et eisdem barbarorum nauibus ad hostem nauigauit in paphlagoniam apud flumen Eurimedunta. Persae quia et nauigia et habitum superstantium agnoscerent nil cauerunt. Subito itaque oppressi eodem die et nauali et pedestri praelio uicti sunt.

F I N I S.

Impressum Bononiae per Ioannem Antonium Platonidem Benedictorum de benedictis ciuem Bononiensem Anno domini.

MCCCCCIII. Die uero. xiiii. Decembris.

## AD MAGNIFICVM SENATOREM MINVM ROSCIVM PHILIPPI BEROALDI EPISTOLA.

EI Militaris Disciplina ceteris omnibus haud dubie praecedit: ut pote maximorum regnorum effectrix ac parens. Hae Cyro per se haec Alexandro Macedoni / haec Caesari Romano nomen perit eternum. Hae innumeros principes nunc olim immortalitate donauit. haec orbem terrarum parere Romano imperio coegit. Vnde non minus uere quam spiritiose dixit Arpinas orator / Cedat forum castris / Quia militiam / Stulus gladio / Umbra soli. De hac tam praecelata tamque excellenti disciplina militari praeco seculo non pauci commentantes scripsere eloquenter et scienter: Ex quibus plane conditoribus ad nepotes peruenerunt / Frontinus / Vegetius / Helianus / ac Modestus: qui ueluti quadriga per militare campum latissime decurrunt: omnesque militiam meandros cum laude ingrediuntur. Hos ego nuperrime relegi / emendauique. Mine mihi eruditorum nobilissime in ponticulano tuo feriatu: quo saluberrimo secessu nihil amoenius / nihil magnificentius / nihil pulchrius noui. Adeo ut laurentinum Plinianum / ut uilla Lucullianam / ut praetoria omnia a luxuriosis edificatoribus magnificenter extracta cum Ponticulano Roscorum comparari uix mereantur. Te beati meritissimo nuncupant cui res adest et uirtus. Hosce igitur doctores rei bellicae luculentos in contubernio tuo / quo nil dulcius emendatos impressori enestigio dedi sub nomine tuo publicandos: Quorum eruditio non prostrata / quorum lectio oppido quam erudita est. Qui non minus utiles futuri sunt pallentibus in umbra scolasticis: quam coloratis sub dio bellatoribus: Quos tu quae so / quum uacabit / ne spreueris / uel transeunter inspicere. Vale. Et Philippum tuum ama mutui ter.

f

MVI FLAVII VEGETII VIRI Illustris. Ad Valentinianum  
Augustum Epitoma institutorum rei Militaris ex Cō/  
mentariis Catonis : Celsi : Traiani : Hadriani : et  
Frontini. Liber Primus.

Ntiquis temporibus mos fuit bonarum artium studia  
mādere litteris atq; in libros redacta offerre Principibus:  
quia neq; recte aliquid inchoatur: nisi post Deum faue/  
rit Imperator. Neq; quemq; oportet magis uel meliora  
scire: uel plura q̄ Principem: cuius doctrina omnibus po/  
test prodesse subiectis. Quod Octauium Augustum: ac  
bonos de hinc principes libenter habuisse frequentibus declaratur exem/  
plis. Sic regnantium testimoniis creuit eloquentia: dum non culpatur au/  
dacia. Hac ego imitatione compulsus: dum considero clementiam ue/  
stram ausibus litterarum magis ignoscere posse: q̄ ceteros: tanto inferior  
rem me antiquis scriptoribus esse sensi: licet in hoc opusculo nec uerborū  
concinnitas sit necessaria: nec acumen ingenii: sed labor diligens: ac fide/  
lis. Ut ea: quæ apud diuersos historiographos: uel armorum disciplinam  
docentes dispersa: et inuoluta celantur: pro utilitate Romana proferan/  
tur in medium. De delectu igitur: atq; exercitatione tyronum p̄ quos/  
dam gradus: et ritulos antiquam consuetudinem conamur ostendere nō  
quo tibi Imperator inuicte ista uideantur incognita: sed ut quæ sponte  
pro reipub. salute disponis. agnoscas olim custodisse Romani imperii cō/  
ditores: et in hoc paruo libello quicquid de maximis rebus: semperq; ne/  
cessariis requirendum credis inuenias.

Rimus liber electionē edocet iuniorum: ex quibus locis uel qua/  
p les milites probandi sint: aut quibus generibus armorum exerci/  
tus imbuendi. Secundus liber uetens militiæ continet morem  
ad quem pedestris institui possit exercitus. Tertius liber omnium artū  
genera: quæ terrestri prælio necessaria uidentur exponit. Quartus liber  
uniuersas machinas: quibus uel oppugnantur ciuitates: uel defenduntur  
enarrat. Naualis quoq; belli præcepta subnectit.

Hæc continet liber primus.

Romanos omnes gentes sola armorum exercitatione uicisse.

Ex quibus regionibus Tyrones legendi sint.

Qua statura probandi sint.

Ex uultu et positioe corporis agnosci i eligēdo: q̄ meliores possint eē tyroēs

Cuius artis uel eligendi: uel respuendi sint Tyrones.

Quando Tyrones signandi sunt.

Ad gradum militare: et cursum: et saltum exercendos Tyrones.

Ad natandi usum exercendos Tyrones.

Quēadmodū ad scuta uimineæ: uel ad palos antiqui exercebāt Tyroēs.

Non cæsum: sed punctim ferire docendos Tyrones.

Armaturam docendos Tyrones.

Tyrones exercendos ad missilia iacienda.

Sagittis diligenter Tyrones imbuendos.

Ad iactandos lapides funda: exercendos Tyrones.

De exercitio plumbatarum.

Quemadmodum ad ascendendos equos Tyrones instituendi sunt.

Ad portandum pondus exercendos Tyrones.

Quo armorum genere uti sint antiqui.

De munitione castrorum.

In quibus locis constituenda sunt castra.

Quali specie designanda sunt castra.

Quo genere munienda sunt castra.

Quemadmodum munienda sunt castra: cum hostis immineat.

Quemadmodum exerceantur milites: ut in acie ordines et interualla  
custodiant.

Quantum spatium ire debeant: et quotiens in mense exerceri: quom edu/  
cuntur milites ambulatum.

De adoratione rei militaris: Romanæq; uirtutis.

Romanos omēs gentes sola armorū exercitatione uicisse.

Nomni autem prælio: non tam multitudo: et uirtus indocta: q̄  
i ars: et exercitium solent præstare uictoriā. Nulla enim alia re ui/  
demus populum Romanū sibi orbem subiecisse terrarum: nisi ar/  
morum exercitio: disciplina castrorū: atq; usu militiæ. Quid enim aduer/  
sus gallorum multitudinem paucitas Romana ualuisse? Quid aduersus  
Germanorum proceritatem breuitas potuisset audere? Hispanos quidem  
non tantum numero: sed etiā uiribus corporum nostris præstitisse manife/  
stum ē. Aphrorum dolis: atq; diuitiis semper impares fuimus. Græcorum  
artibus: prudentiaq; nos uinci nemo unq̄ dubitauit. Sed aduersus omnia  
profuit Tyronem solertem eligere. Ius: ut ita dixerim: armorum docere/  
quotidiano exercitio laborare: quæcūq; in acie euenire præliis possent: om/  
nia in campestri meditatione p̄noscere: et quotidiano exercitio robora/  
re: seuere in desidis uindican do. Scientia enim rei bellicæ dimicandi nu/  
trit audaciam. Nemo facere metuit: quod se bene didicisse confidit. Etenī  
in certamine bellorum exercitata paucitas ad uictoriam promptior ē. Ru/  
dis et indocta multitudo exposita semper ad cædem.

Ex quibus regionibus Tyrones eligendi sint.

Erum ordo deposcit. ut ex quibus prouintis: uel nationibus tyrones legēdi sint prima parte tractet. Constat quidem in omnibus locis et ignauos/et strenuos nasci. Sed tamē et gens gentem præcedit in bello: et plaga cali ad robur non tantum corporum: sed etiam animorum plurimum ualet: quo loco ea: quæ a doctissimis hominibus cōprobata sunt non omittam. omnes nationes: quæ uicinæ sint soli nimio calore siccatas amplius quidem sapere: et minus habere sanguinis dicunt. ac propterea constantiam: ac fiduciam eo minus habere pugnandi: quia metuunt uulnera: qui exiguum sanguinem se habere nouerint. Contra/ septentrionales populi remoti a solis ardoribus incōsultiores quidē: sed tamen largo sanguine redundantes sunt ad bella promptissimi. Tyrones igitur de tēperatioribus legēdi sunt plagis: quibus et sanguinis copia supetat ad uulnerum/ mortisque contemptum: et non possit deesse prudētia. Quare et modestiam seruat in castris: et non parū prodest in dimicatione cōsiliis.

Vtrum ex agris: an ex urbibus utiliores sint Tyrones.

Equitur utrum ex agris: an de urbibus utilior Tyro sit: requira/ mus: credo nunquam potuisse dubitari aptiorē armis rusticam plebē quæ sub diuo/ et in labore nutritur/ solis patiens/ umbræ negligens/ balnearium nescia deliciarū ignara/ simplicis animi/ paruo contenta/ duratis ad omnium laborum tolerātiā mēbris: cui gestare ferrum. fossam ducere. onus ferre consuetudo de rure ē. Interdum tamen necessitas exigit etiam urbanos ad arma cōpelli: qui ubi nomē dedere militiæ/ primū laborare: decurrere portare pōdus/ et solem pulueremq; ferre cōdiscant. Parco uictu utantur/ et rustico. interdū sub diuo. interdum sub papilionibus cōmorentur: tunc demum ad usum erudiantur armorū. et si longior expeditio emergit: in angariis plurimū detinendi sunt. proculq; habendi a ciuitatis illecebris: ut eo modo et corporibus eorum robur accedat: et animis. Nec inficiandū ē post urbem conditam Romanos ex ciuitate profectos semper ad bellum. sed tunc nullis delitiis frangebantur. Sudo rem cursu et campestri exercitio collectum natans iuuentus abluibat i tybri. Idem bellator. idem agricola genera tantum mutabat armorum. Qd usq; adeo uerum est: ut aranti Quintio cincinato uiro optimo dictaturā constet oblatā. Ex agris ergo supplendum robur p̄cipue uidet exercitus. Nescio quomodo enim minus mortem timet: q̄ minus deliciarum nouit in uita.

Cuius ætatis Tyrones probandi sint.

Vnc qua ætate milites legi cōueniat exploremus. Et qdē si anti/ qua consuetudo seruāda ē/ incipientē pubertatem ad delectū/ cōgendam nullus ignorat. non .n. tantū celerius: sed etiam p̄fectius

imbuuntur: quæ discantur a pueris: deinde militaris alacritatis/ saltus/ et cursus ante tentādus est: q̄ corpus ætate pigrescat. Velocitas enim est: quæ percepto exercitio strenuum efficit bellatorem. Adolescentes legendi sūt: sicut ait Salustius. Nam simulac iuuentus belli pariens erat in castris p̄ laborem usu militiam discabant. Melius enim est: ut exercitatus iuuenis cū setur ætatem nondum aduenisse pugnandi/ q̄ doleat præterisse. Habeat etiam spatium uniuersa discendi: Neq; enim parua: aut leuis ars uideretur armorum siue equitem: siue peditem sagittaria uelis imbuere: siue scutatū armaturæ numeros: omnesq; gestus docere: ne locum deserat: ne ordines turbet: ut missile et destinato ictu/ et magnis uiribus iaciat: ut fossam ducere: sudes scienter figere norit. tractare scutum. et obliquis ictibus ueniētia tela deflectere. plagam prudenter uitare. audacter inferre. Huic taliter instituto aduersum quoslibet hostes in acie nō erit formido: sed uoluptas.

Qua statura Tyrones probandi sint.

Rocentarem Tyronum ad uictoriā scio semper exactam ita: q̄ ut fenos pedos: uel certe quinos: et denas uncias habere inter alares equites uel in primis legionum cohortibus probarentur. Sed tunc erat amplior multitudo. et plures militiam sequebantur armatam. Necdum enim ciuilis pars florētiorē adduxerat iuuentutem. Ergo necessitas exigit non tam staturæ rationem habere: q̄ uirium/ et ipso Homero teste non fallimur: qui Tydeum minorem quidem corpore: sed fortiorē armis fuisse significat.

Ex uultu/ et positione corporis agnosci in eligēdo/ q̄ meliores possint esse Tyrones.

Ed/ q̄ delectū acturus ē/ uehemēter intēdat: ut ex uultu/ ex oculis/ ex omni conformatione mēbrorū eos eligat: q̄ implere ualeant bellatoris officium. Nam non tantū in hoibus: sed et i equis et canibus uirtus multis declarat indicis: sicut doctissimorū hoimū disciplina cōprehendit: quod etiā in apibus mantuanus auctor dicit eē seruandū. Nā duo sunt genera. hic melior insignis/ et ore/ Et rutilus clarus squāmis. Ille horridus alter desidia. latāq; trahēs inglorius aluū. Sit ergo adolefcens martio operi deputādus uigilātibus oculis/ erecta ceruice. lato pectore. humeris musculosis. ualētibus digitis. lōgioribus brachijs. uētre modicus. exilior cruribus. suris expeditus nō supflua carne distētis: sed neruorū duritia collectis. Cū hæc i tyroē signa deprehēdis: p̄ceritatē nō magnope desideres. Ut uilius enim ē fortes milites eē/ q̄ grandes.

Cuius artis Tyrones uel eligēdi sint/ uel respuēdi.

Equit: ut cuius artis uel eligēdi/ uel penitus respuēdi sint milites/ indagemus. Piscatores. Aucupes. Dulciarios. Linteones. oēsq; q̄



aliquid tractasse uidentur Ad generiam genera mulierum p̄tinēs lōge ar/  
bitror pellēdos a castris. Fabros. ferrarios. Carpēarios. Macellarios. et Cer/  
torū Aprorūq; uenatores cōuenit sociare militiæ. Et hoc ē: in quo totius  
reipu. salus uertit: ut Tyrones non tātū corporibus: sed et animis præstā/  
tissimi deligātur. Vires regni / et Romani nominis fundamētū in prima  
delectorum examinatiōe cōsistunt. nec leue putet hoc officii: aut passim  
quibuscūq; mandandum: quod apud ueteres inter uaria genera uirtutū ī  
Sertorio p̄cipue cōstat eē laudatū. Iuuentus. n. cui defensio prouinciarū:  
cui bellorū ē cōmittēda fortuna / et genere: si copia suppetat: et moribus  
debet excellere. Honestas .n. idoneum militem reddit. Verecundia / dū  
prohibet fugere / facit eē uictorem. Quid enim prodest: si exerceat igna/  
uus: Si pluribus stipēdiis moretur in castris. Nūquā exercitus profecit tē/  
pore belli / cuius in probandis tyronibus claudicari elector. Et quātum  
usu: expimētisq; cognouimus / hinc tot ab hostibus illata sunt clades: dū  
longa pax milites negligētius incuriosusq; legit: dū honestiores quiq; ci/  
uilia sectantur officia: dū possessoribus addicti tyrones p̄ gratiā aut dissi/  
mulationē probantium tales sociant armis: quales domini habere fastidi/  
unt. A magnis ergo uiris magna diligētia idoneos eligi cōuenit iuniores.

Quando Tyrones signandi sunt.

Ed non statim punctis signorum in scribendus ē Tyro delectus  
f Verum ante exercitio prætentandus: ut utrum tanto operi aptus  
sit / possit cognosci. et uelocitas in illo requirēda uideēt: et robur.  
Et utrum armorum disciplinam ediscere ualeat. Vtrum habeat confidē/  
tiam militarem. Pleriq; .n. q̄uis non improbables uideantur / tamen ex/  
perimentis cōprobantur indigni. Repudiandi ergo minus utiles et in lo/  
cum eorum strenuissimi subrogandi sunt. In omni enim conflictu non  
tam prodest multitudo: q̄ uirtus. Signatis itaq; Tyronibus per quotidia /  
na exercitia armorum ē demonstrāda doctrina. Sed huius rei usum / dissi/  
mulatione longæ securitatis aboleuit. Quem inuenias: qui docere possit:  
quod ipse non didicit: de historiis ergo: uel libris nobis antiqua consuetu/  
do repetenda est. Sed illi res gestas: et euentus tantum scripsere bellorum  
Ista quæ nunc quærimus: tanquam nota linquentes. Lacedemonii quidē  
et Athenienses: aliūq; græcorum in libros rettulere cōplura quæ acuta uo/  
cant. Sed nos disciplinam militarem populi Roma. debemus inquirere: q̄  
ex paruis finibus imperium suum pene solis regionibus: et mundi sine di/  
stendit. Hæc necessitas compulit euolutis auctoribus / ea me in hoc o/  
pusculo fidelissime dicere: quæ Cato ille censorius de disciplina militari  
scripsit: quæ Cornelius Celsus: quæ Frōtinus perstringēda duxerunt: quæ  
paternus diligētissimus iuris militaris assertor in libros redegit: quæ Au

gusti: et Traiani: Hadrianiq; consuetudinibus cauta sunt. Nihil enim mi/  
hi auctoritatis assumo: sed horum: quos supra rettuli ea quæ dispersa sunt  
uelut in ordinem / et abbreviationes: quæ epitomata dicunt conscribo.

Ad gradum militarem / et saltū exercēdos Tyrones.

Rrimis ergo meditationū auspiciis tyrones militarem edocendi  
p sunt gradum. Nihil enim magis in itinere: uel acie custodiendū  
ē: q̄ ut omnes milites incedendi ordinem seruet: quod aliter nō  
potest fieri: nisi ut assiduo exercitio ambulare celeriter: et æqualiter discāt.  
Periculum enim ab hostibus semp̄ grauissimum sustinet diuisus: et inor/  
dinatus exercitus. Militari ergo gradu. xx. milia passuum horis .v. dum/  
taxat æstiuis conficienda sunt. Pleno autem gradu qui citatior ē / totidem  
horis. xxiiii. milia peragenda sunt. quicquid addideris: iam cursus ē cuius  
spatium non potest diffiniri. Sed ad cursum præcipue assuefaciendi sunt  
iuniores: ut maiore impetu in hostē currant: ut loca opportuna celeriter  
cum usu uenerit occupent. uel aduersarius idem facere uolentibus præce/  
cupēt: ut ad explorāndum alacriter pergant. alacrius redeant: ut fugientiū  
facilius terga comprehendant. Ad saltum etiam: quo uel fossā transiliun/  
tur: uel impediens aliqua altitudo superatur exercendus est miles: ut cū  
eiusmodi difficultates euenierint: possint sine labore transire. Præterea in  
ipso conflictu / ac dimicatione tellorum bellator cum cursu saltuq; ueni/  
ens aduersarii p̄stringit oculos: mentemq; deterret: priusq; plagam infli/  
git: q̄ ille ad cauendum: uel ad resistendum se præpararet. De exercitio  
magni Pompei Salustius hoc memorat: cum alacribus saltu et uelocibus  
cursu: cum ualidis uecte certabat. Neq; enim ille aliter potuisset par esse  
Sertorio: nisi se et milites frequētibus exercitiis præparasset ad prælia.

Ad natandi usum exercēdos Tyrones.

Atādi usum æstiuis mēsis oīs æqualiter debet tyro cōdiscere.  
n nō. n. pōtibus semp̄ flumina transeunt. Sed et cedēs: et in se quēs  
natate cogit frequēter exercitus. Sæpe repētinis ibribus solēt extū/  
dare torrētes. Et ignorātia nō solū ab hoste: sed ab ipsis aq; discrimē icur/  
rit. Ideoq; Romani ueteres: quos tot bella / et cōtinuata picula ad oēm rei  
militaris erudiuerāt artē Cāpū martiū uicinū tyberi delegerūt: in quo iul/  
uētus post exercitiū armorū sudorē / puluereq; dilueret. ac lassitudinē: cur/  
susq; laborē natando deponeret. non solum autē pedites sed et equites: ip/  
sosq; equos: uel lixas: quos Gallearios uocant ad natandū exercere p̄com/  
modum ē. ne qd imperitis: quum necessitas incumbit eueniat.

Quēadmodum ad scuta: uel ad palos antiqui exercebāt tyrones.

a Nūqui / sicut inueniēt in libris hoc genere exercere tyrones. Scu/  
ta de uimine in modum cratium: et rotundata tēbant ita:

ut duplum pondus cratis haberet: quæ scutum publicum habere consue-  
uit: idemque clauas ligneas duplicis æque ponderis pro gladiis Tyronibus da-  
bant. Eoque modo non tantum mane: sed et post meridiem exercebant ad  
palos. Palorum. n. usus non solum militibus: sed et gladiatoribus plurimum  
prodest. Nec unquam aut arena: aut campus in uictum probauit uirtus: nisi qui dili-  
genter exercitatus docebat ad palum. A singulis autem Tyronibus singuli pa-  
li defigebant in terram: ita ut micare non possent et sex pedibus eminent.  
Contra illum palum: tamquam contra aduersarium Tyro et crata illa: et claua: uel  
luc cum gladio se exercebat: et scuto: ut nunc quasi caput / aut faciem pe-  
teret: nunc a lateribus minaret. Interdum contederet poplites / et crura suc-  
cidere. recederet. insultaret. insiliret. et quasi presentem aduersarium: sic palum  
omni impetu: omni bellandi arte tetaret: in qua meditatione seruabat il-  
la cautella: ut ita Tyro ad inferendum uulnus insurgeret: ne qua parte ipse  
pateret ad plagam.

Non casum: sed punctum ferire docendos Tyrones.

Raterea non casum: sed punctum ferire discerent. Nam casum pugna-  
res non solum facile uicere: sed etiam deridere Romani. Cæsa. n. quo-  
uis impetu ueniat: non frequenter interficit: cum et armis uitalia defendat  
tur: et ossibus. At contra puncta duas uncias facta: et adacta mortalis est. Nec  
cesse est. n. ut uitalia penetret: quicquid immergit. Deinde cum cæsa inferat: brachium  
dextrum: latusque nudat. Puncta autem recto corpore inferat. et aduersarium fauciat  
antequam uideat. Ideoque ad dimicandum hoc precipue genere usus constat esse Ro-  
manos. Dupli autem ponderis illa cratis: et claua dabantur: ut cum uera: et leuiora  
Tyro arma sumpserit: uel ut grauiore pondere liberatus securior: allacri-  
orque pugnaret. **Armaturam docendos Tyrones.**

Raterea illo exercitii genere: quod armaturam uocant / et a capi do-  
ctoribus traditum inueniuntur Tyro. Qui usus uel ex parte seruatur.

Constat. n. et iam in ossibus preliis armaturam melius pugnare: quam cæ-  
teros. ex quo intelligi debet: quod exercitatus miles in exercitatu sit melior. cum  
armatura utriusque eruditi reliquos contubernales suos bellandi arte precedat.  
Ita autem se uere apud maiores exercitii disciplina seruata est: ut et doctores ar-  
morum duplicibus remunerarentur annis: et milites: qui parum in illa plutione  
profecerant pro frumento ordeum cogere accipere. Nec ante eis in tritico red-  
derentur annona: quam presentia perfecti tribunorum: uel principum experimentis datis  
ostendissent se omnia: quæ erant in militari arte complexisse. Nihil. n. neque firmitus  
neque felicitus neque laudabilis est reip. in qua habundant milites eruditi.  
Non enim uestium nitorem / uel aurum / argenti / gemmarumque copia hostes  
aut ad reuerentiam nostram: aut ad gratiam inclinant: sed solo terrore subiguntur armo-  
rum. Deinde in aliis rebus: sicut ait Cato: si quid erratum est: potest postmodum corrigi.

Præliorum delicta emendationem non recipiunt. Nam pena statim sequitur er-  
ror. Aut. n. confessum pereunt: qui ignaue impiteque pugnauerunt. Aut  
in fugam uersi uictoribus ultra pares esse non audent.

Tyrones exercendos ad missilia iacienda.

Ed ad inceptum reuertor. Tyro qui cum claua exercet ad palum hasti-  
lia quoque ponderis grauioris quam uera futura sunt iacula aduersus  
illum palum: tanquam aduersus hominem iactare compellit: in qua re  
armorum doctor attendit: ut magnis uirtutibus: et destinato ictu hastile contor-  
queat: ut uel in palum: uel iuxta dirigat missile. Etenim exercitio lacertis ro-  
bur accrescit. et iaculandi peritia atque usus acquiritur.

Sagittis diligenter Tyrones imbuedos.

Ed prope uel tertia uel quarta pars iuniorum: quæ aprior pote-  
rit reperiri arcibus ligneis: sagittisque lusoriis / ad illos ipsos semper  
exercenda palos. et doctores ad hanc rem artifices eligendi: et maior  
adhibenda solertia: ut arcum scienter teneant: ut fortiter impleant: ut fini-  
stra fixa sit: ut dextra cum ratione ducat: ut ad illud: quod ferendum est oculo  
suis pariter / animusque consentiant. ut siue in æquo / siue in terra recte sagit-  
tare doceant: quam artem et disci opus est diligenter: et quotidiano usu exerci-  
tioque seruari. Quantum autem utilitatis boni sagittarum in preliis habeat / Cato  
in libris de disciplina militari euidenter ostendit. Et Claudius pluribus iacu-  
latoribus ante institutis atque perdoctis hostes: cui prius impar fuerat. supe-  
rauit. Africanus quidem Scipio / cum aduersum Numantinum: qui exerci-  
tum populi Romani sub iugum miserant / esset acie certaturus: aliter se superio-  
rem futurum esse non credidit: nisi in omnibus ceteris lectos sagittarios  
miscuisset.

Ad iactandos lapides fundis exercendos Tyrones.

D lapides uero uel manibus: uel fundis iaciendos exerceri diligen-  
ter conueniunt iuniores. Fundarum usum primi balearum insularum  
habitatores et inuenisse / et ita perite exercuisse dicuntur: ut matres  
partus natos nullum cibum contingere sinerent: nisi quem ex funda destinato la-  
pide percussissent. Sæpe. n. aduersus bellatores cassidibus catafractis loncis-  
que munitos teretes lapides de funda uel fustibulo destinati sagittis sunt om-  
nibus grauiores: et membris integris: letale tamen uulnus important: ut sine in-  
uidia sanguinis hostis lapidis ictu intereat. In omnibus autem ueterum preliis  
funditores militasse nullus ignorat: quæ res ideo ab uniuersis Tyronibus  
frequenti exercitio discenda est: quia fundam portare nullus est labor. et  
interdum euenit: ut in lapidoso loco conflictus habeatur: ut mons sit aliquis  
defendendus aut collis ut ab oppugnatione castellorum siue ciuitatum lapi-  
dibus barbari: fundisque depellendi sint.